


262
8053, 32

W. JUNK
VERLAG U. BUCHHANDL.
F.
NATURWISS. U. MATHEMAT.
BERLIN N.W. 5

+OK313
.G645



LXXII



ANTONII GOÛAN,

DOCT. MED. MONSP. REG. SOCIET. SCIENT.
SOCII, ET REG. SCIENT. HUMAN. LITTER.
ET INSCRIPT. ACAD. TOLOS. CORRESPOND.

FLORA MONSPELIACA,
SISTENS PLANTAS N^o. 1850
AD SUA GENERA RELATAS,

ET

HYBRIDA METHODO DIGESTAS;
ADJECTIS

NOMINIBUS SPECIFICIS, TRIVIALIBUSQUE,
SYNONYMIS SELECTIS,
HABITATIONIBUS PLURIUM IN AGRO MONS-
PELIENSI NUPER DETECTARUM,
ET EARUM QUÆ IN USUS MEDICOS VENIUNT
NOMINIBUS PHARMACEUTICIS,
VIRTUTIBUSQUE PROBATISSIMIS.



LUGDUNI,

Sumptibus BENEDICTI DUPLAIN, Bibliopolæ,
in vico majori Mercatorio, sub signo Aquilæ.

M. DCC. LXV.

+2K313
.6645

AMERICAN ...

...
...
...
...

AMERICAN ...
...
...

...

...

...

...


...

...

...

...


...



V I R O S U M M O
D. D. GUIGNARD
DE S^T. PRIEST,
MÆCENATI SUO,

L N æternum observantiæ
Et grati animi specimen,
Humillimè & secundùm
Vovet, dedicat, consecrat

Obsequiosus servus & cliens ANT. GOÛAN.
à ij



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines. Some legible fragments include "1864", "No. 1", and "of the".



P R O Æ M I U M.

TANTA fuit erga Hortum nostrum Regium Monspeliensem Botanicorum benignitas, ut plantas agri nostri rursus curiosis exhibere susceperimus. Expectata diu ab amicis prodit tandem Flora Monspeliaca, quam ab anno solido ad prælum missam nunc tantum cum Publico communicare valet Typographus negotiis multigenis impeditus. Opus hocce digessimus methodo hybridâ, quam itidem egregio *Ludwigio* arrisissè videmus ex generibus plantarum à viro prælaudato anno 1760 editis, & ad me pro Authoris clarissimi urbanitate mensis labentis initio missis. *Classes* ex Riviniano sistemate, *ordines* verò à classibus Linnæanis depromsimus; cum primo intuitu faciliùs in Flore detegantur petalorum numerus, proportio, insertio, æqualitas, quàm sexuum affectio-

nes. Ex corolla *Monopetala* vel *Polypetala*, *regulari* aut *irregulari*, duodecim extruimus classes. Has sequuntur *flores compositi* ex corollis regularibus, ex irregularibus, ex utrisque. Agmen claudunt plantæ *Apetalæ*, & tandem *Cryptanthemæ*. Sic methodus nostra classibus septemdecim coercetur. Flos *regularis* nobis dicitur cujus corolla monopetala polypetalave segmentis aut petalis constat inter se æqualibus, uniformibus, & à receptaculi centro æque distitis: ubi verò horumce trium unum, alterumve, aut omnia deficiunt, flos nobis est *irregularis*; *veronica*, *verbascum*, *lycopsis*, *polyanthes*. Pro *compositis* habemus una syngenesiæ Linnæanæ genera, rejectis ad *simplices* aggregatis propriè dictis; ut *scabiosâ*, *globulariâ*, *dypsaco*, &c. Cùm nulli certi limites inter calycem & corollam adhuc reperti sint; & vix erret qui calycem pro corolla, aut corollam pro calyce sumit in plurimis generibus flore incompleto donatis, *daphne*, *thesio*, *polygono*, &c. monemus nos ea in re amicissimi *Cl. Linnei* vestigiis constanter etiam inhæ-

rere. *Cryptanthemas* tandem diximus plantas quas complectitur *Linnaei celeb.* Cryptogamia, quarum flores inconspicui atque adhucdum indeterminati.

Cùm novissimorum illust. *Linnaei* operum copiam non haberent Medicinæ studiosi, & tantam jacturam lugerent, ipsorum precibus morigeri characteres compendiosos quales exhibet sistematis naturæ tomus alter, cuilibet generi appinximus, mutatis aut locupletatis quibusdam. Notas secundarias compendiosè his subjunximus, ut in peregrinationibus botanicis librorum sarcinâ in posterum ii non premerentur.

Plura sunt genera quorum species corollâ diversâ instruuntur, aut sexuum numero inter se discrepant; hinc coacti fuimus, attributis primario & secundo assumptis inhærentes, classe, ordine, imò & subsektione has separare, v. g. *scabiosa*, pag. 14. n°. 6. 7. & 8.. *gentiana*, pag. 15. n°. 9. 10. & 11.. *xanthium*, pag. 50. n°. 1. &c. &c. &c.

Reperita nonnulla genera monoïca, dioïca, aut polygama, in variis classi-

bus nostris legere datur : causa fuit *masculorum* à *femininis*, *hermaphroditorum* à reliquis discrimen, v. g. *najas*, pag. 55. & pag. 419. *xanthium*, pag. 50. & pag. 412. *holcus*, pag. 130. & pag. 431. &c. &c. Ergo ne tyroni plantam androgynam, dioïcam, aut polygamam corollâ ludentem inquirenti aqua hæreret, genus bis scribendum fuit, in loco nimirum quem sibi vindicabat flos quilibet.

Plantas omnes à Magnolio memoratas, etiam obscuras plurimas atque inconcinnè determinatas, ad genera sua & species retulimus, rogantibus, ut id negotii in nos susceperimus, summis Europæ Botanicis *Linnaeo*, *Seguierio*, *Sauvagesio*, *Gerardo*, *Hallero*, aliisque; & paucissimas profus reliquimus ad calcem quas (si reverà existant) tenentur autoptæ determinare. Specierum nuper hîc detectarum, antecessoribus in agro Monspeliensi prætervisarum, habitationes indicavimus, & synonyma *Tournefortii*, *Baubinorum*, *Dalechampii*, *Bocconi*, & clarissimorum viro- rum *Linnaei*, *Jacquini*, *Seguierii*, *Halleri*,

Gerardi, addidimus, ut adhibitus in Horto Regio nostro synonymorum ordo idem hic fervaretur.

Virtutibus assignatis ad species usuales, & datis nominibus ipsarum pharmaceuticis, nec non Gallicis, asterisco notantur ipsæ quarum quotidianus & familiaris usus in Medicina; cruce verò instruuntur illæ quarum virtutes heroicæ, appropriatæ, specificæ.

Exoticæ plures in hocce opusculo occurrunt apud nos cicures factæ, & ipsas veluti nostrates memoravimus, quia in ipsas ut in indigenas incurrere poterant Botanices studiosi.

Quemadmodum nomen idem vernaculum pluribus inditur speciebus, aut species eadem diverso nomine vernaculo insigniuntur; inde nomina illa seposuimus, quæ tamen in Indice proprio habentur, adjectis nomine latino numeroque speciei cujusslibet.

Ad calcem apponitur Appendix triplex. Prima sistit genera, species, & synonyma aut à nobis ommissa, aut seriùs inventa. Appendix altera recenset species

x P R O Æ M I U M.

à nobis nuper detectas, nimirum ab anno 1762, quo Hortum nostrum cum Publico communicavimus, ad hanc usque diem. Appendix tertia exhibet species animalium ad regnum vegetabile perperam à Magnolio relatas, adjectis ad quamlibet synonymiis *Linnaei ex speciebus animalium* depromptis. Hæc memoranda credidimus, ut plenior foret Botanici Magnoliani illustratio.

Sex Indicibus implentur ultimæ paginæ; primus nomina *generica & specifica* coërcet, secundus *synonyma*, tertius *trivialia*, quartus *pharmaceutica*, gallica quintus, tandem sextus *vernacula*.

Supereſt ut publicè teſtemur quantum in inquirendis plantis nobiſcum inſudaverint honeſtiſſimi & indefeſſi viri, *Amoureux, Lafoffe, Clapiers, Arnaud, Vicari, Bonotti, Giraud*, olim Medicinæ ſtudioſi, nunc verò Doctores, diu Botanicorum laborum participes, qui montes, fluvia, præcipitiaque ſpreverunt; nec non eximii floræ cultores D. *D. Soubri*, Lugdunenſis; Gallia Quæſto-

P R O Æ M I U M. xj

rum Decanus , & Frater *Gabriel* , Capu-
cinus , quibus omnibus plures novas
species debemus. Ediscant rariori iplo-
rum exemplo Medicinæ alumni Botani-
cam seriò excolere.

Dabam Monspeliï , die 14^a.
mensis Septemb. 1764.



AUCTORES

IN HOC OPERE CITATI.

<i>Bauh. pin.</i>	Gaspari Bauhini pinax.	1 vol. in-4 ^o .
<i>Bauh. prod.</i>	Ejusdem prodromus.	1 vol. in-4 ^o . cum fig.
<i>B. hist.</i>	Joannis Bauhini historia.	3 vol. in-fol. cum fig.
<i>Dalech. hist.</i>	Dalechampii historia.	2 vol. in fol. cum fig.
<i>Lob. ic.</i>	Lobellii stirpium icones.	1 vol. in 4 ^o . cum fig.
<i>Taber. ic.</i>	Tabernæmontani icones.	1 vol. in 4 ^o . cum fig.
<i>Barr. ic.</i>	Barrelieri icones.	1 vol. in fol. cum fig.
<i>Bocc. mus.</i>	Bocconi musæum.	2 vol. in-4 ^o . cum fig.
<i>Boc. sic.</i>	Bocconi descriptiones rario- rum.	1 vol. in 4 ^o . cum fig.
<i>Tour.</i>	Tournefortii institutiones.	3 vol. in 4 ^o . cum fig.
<i>Seg. ver.</i>	Seguerii flora veronæ.	3 vol. in-8 ^o . cum fig.
<i>Mag. Bot.</i>	Magnolii Botanicum monspe- liense.	1 vol. in-12. cum fig.
<i>Mag. hort.</i>	Ejusdem hortus monspeliens- is.	1 vol. in-12. cum fig.
<i>H. m.</i>	Antonii Goüan hortus regius monspeliensis.	1 vol. in-8 ^o . cum fig.
<i>Linn. sp. ed. 2.</i>	Linnæi species plantarum, editio 2 ^a .	2 vol. in-8 ^o .
<i>Linn. sist.</i>	Ejusdem sistema naturæ, ed. 10 ^a .	3 vol. in-8 ^o .
<i>Linn. amen.</i>	Ejusdem amœnitates acade- micæ.	6 vol. in 8 ^o . cum fig.
<i>Linn. cent.</i>	Ejusdem centuriæ.	2 vol. in 8 ^o .
<i>Scheuz. agr.</i>	Scheuzeri agrostographia.	1 vol. in-4 ^o . cum fig.
<i>Hall. en.</i>	Halleri enumeratio.	1 vol. in-8 ^o .
<i>Jacquini historia plantarum vindobonensis.</i>		1 vol. in-fol.
<i>Sauv. meth.</i>	Sauvagesii methodus folio- rum.	1 vol. in-8 ^o .
<i>Ger. gall.</i>	Gerardi flora galloprovincia- lis.	1 vol. in-8 ^o . cum fig.



EXTRAIT DES REGISTRES

DE LA

SOCIÉTÉ ROYALE DES SCIENCES.

Du 6. Septembre 1764.

MRS. CUSSON, COULAS & AMOREUX, qui avoient été nommés pour examiner un Ouvrage de M. Gouïan, qui a pour titre, *Flora Monspeliaca*, &c. en ayant fait leur rapport, la Compagnie a jugé que cet Ouvrage ne pouvoit être que très-utile aux Botanistes, tant par la nouvelle méthode qu'y propose l'Auteur, que par la description qu'il y donne d'un grand nombre de plantes, parmi lesquelles il indique des genres nouveaux, & beaucoup d'especes nouvelles; que plus de 150 de ces plantes ayant été découvertes par M. Gouïan lui-même, dans les environs de Montpellier. ceux de ses compatriotes dont la curiosité se porte aux mêmes objets lui auroient dans tous les temps l'obligation particuliere de leur avoir fait connoître leurs propres richesses; qu'on ne pouvoit trop louer le soin qu'il a pris de rappeler aux genres établis par M. Linnæus & par d'autres Botanistes modernes les especes indiquées par M. Magnol dans son *Botanicum Monspeliense*, qui par-là se trouve éclairci & rectifié en plusieurs endroits; qu'enfin tout ce que dit M. Gouïan sur les vertus médicinales des plantes usuelles, d'après des observations répétées & constantes, augmentoit le mérite de l'Ouvrage, & le rendoit précieux à ceux qui desirent un bon Abrégé de Matière Médicale. En foi de quoi j'ai signé le présent certificat. A Montpellier, ce sixieme Septembre mil sept cent soixante-quatre,

DE RATTE,
 Directeur & Secretaire perpétuel
 de la Société Royale des
 Sciences.

 A P P R O B A T I O N

*De Messieurs les Docteurs ordinaires en l'Université
des Médecins de Montpellier.*

NOS CLAUDIUS CHAPTAL, NICOLAUS FOURNIER, THOMAS FITZ-MAURICE, LUDOVICUS ESTEVE, in alma & Regia Mospeliensium Medicorum Universitate Doctores ordinarii, unanimi Doctorum consensu præpositi, Opus Antonii Gouan cui titulus est *Flora Mospeliaca* summa cum cura pervolvimus, illudque saniori doctrinæ accommodatum judicavimus. Author methodo hybridâ hætenus intentatâ vegetabilia coordinat; species à *Magnolio* memceratas ad recentiorum genera & sub clariori luce refert; novas supra centum & quinquaginta, quarum aliquot adduxerat Nissolius, peregrinationibus & labori minimè parcens, intra biennium detexit; harum solemniore vires, doses, adhibendi methodum dilucidè & luculenter indicat, & tyrones dat informari maximo artis emolumento. In hoc certè plurimùm laudandus, quòd suis observationibus constat plantas 1800 in agro nostro hospitari, atque ita Hortum Regium qui Mospelii est speciebus 1000 facili Marte locupletari docet. In cujus rei fidem has ei Litteras propriâ syngraphâ subscriptas dedimus. Mospelii, die 17^a. Septemb. anno 1764.

CHAPTAL, FOURNIER, FITZ-MAURICE,
ESTEVE.

E R R A T A .

- P** Ag. 4. lin. 16. ap-petala. *lege* apetala.
ib. 27. ap-petala. *lege* apetala.
 21. 7. 5-subulatis. *lege* 5 subulatis.
 22. 13. 5-subulatis. *lege* 5 subulatis.
 31. 8. 2-erecti. *lege* 2 erecti.
 34. 18. 2-longitudinalibus. *lege* 2 longitudina-
 libus.
 40. 24. 6-staminiferis. *lege* 6 staminiferis.
 47. 11. pettata. *lege* peltata.
 55. 20. inter peduncularis. *lege* inter - pedun-
 cularis.
 60. 12. appetala. *lege* apetala.
 70. 11. 3-minoribus. *lege* 3 minoribus.
 76. 27. ostigma. *lege* stigma.
 97. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
 107. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
ib. 6. 2-membranacea. *lege* 2 membranacea.
 105. 25. lagopus. *deleatur*.
 197. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
 104. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
ib. 6. 2-membranaceis. *lege* 2 membranaceis.
 148. 5. 4-fessilia. *lege* 4 fessilia.
 173. 6. 2-opposita. *lege* 2 opposita.
 251. 6. 2-floriferis. *lege* 2-floris.
 256. 7. cavente. *lege* carente.
 267. 22. petiolatis. *lege* fessilibus.
ib. 27. petiolatis. *lege* fessilibus.
 276. 31. hyandrosæmum. *lege* androsæmum.
 333. 17. ramea-subalterna. *lege* ramea subalterna.

343. . . . SCORZONERA n°. 1. *ad marginem lege humilis.*
6. . . . OLEA n°. 1. *Angulosa. lege Angulosa.*
18. . . . Myofotis n°. β. *Glabra. lege Glabra.*
- ib. . . . γ. *Hirsuta. lege Hirsuta.*
20. . . . CYNOGLOSSUM no. 1. β. *Montanum. lege Montanum.*
27. *lin. penultimâ. β. Maritimus. lege β. Maritimus.*
35. . . . 35. β. *Biflora. lege β. Biflora.*
72. . . . 4. *Sylvestris. lege Sylvestris.*
107. . . . 13. *Atropurpurea. lege Atropurpurea.*
259. . . . 14. *Anserina. lege Anserina.*
262. . . . 3. *Filipendulæ. lege Filipendulæ.*
278. *lin. penultimâ. Lacmus. lege Lacmus.*



Classis I^a.

MONOPE Tali
REGULARES.

DIANDRIA

* **MONOGYNIA**

JASMINUM.

LIGUSTRUM.

PHYLLIREA.

OLEA.

SYRINGA.

TRIANDRIA

* **MONOGYNIA.**

CROCUS.

IRIS.

TETRANDRIA

* **MONOGYNIA.**

PLANTAGO.

SANGUISORBA.

GALIUM.

ASPERULA.

SHERARDIA.

RUBIA.

CRUCIANELLA.

SCABIOSA. 6. 7. 8.

CONVALLARIA. 5.

GENTIANA. 9. 10. 11.

** **DIGYNIA.**

CUSCUTA.

*** **TRIGYNIA.**

ILEX.

2 *M O N O P E T A L I*
P E N T A N D R I A

* *M O N O G Y N I A. G Y M N O S P E R M Æ.*

C R U C I A N E L L A. 4.

H E L I O T R O P I U M.

M Y O S O T I S.

L I T H O S P E R M U M.

A N C H U S A.

P U L M O N A R I A.

C Y N O G L O S S U M.

S Y M P H I T U M.

C E R I N T H E.

B O R R A G O.

A S P E R U G O.

** *M O N O G Y N I A. A N G I O S P E R M Æ.*

A N D R O S A C E.

P R I M U L A.

C Y C L A M E N.

S A M O L U S.

C A M P A N U L A.

P H Y T E U M A.

P L U M B A G O.

C O N V O L V U L U S.

M E N I A N T H E S.

H O T T O N I A.

A N A G A L L I S.

L Y S I M A C H I A.

V I N E A.

A T R O P A.

D A T U R A.

S O L A N U M.

CAPSICUM.

LYCIUM.

*** DIGYNIA.

GENTIANA.

CYNANCHUM.

ASCLEPIAS.

CRESSA.

POLYGONUM, 6.

**** TRIGYNIA.

VIBURNUM.

SAMBUCUS.

HEXANDRIA

* MONOGYNIA.

CONVALLARIA.

HYACINTHUS.

ASPHODELUS.

* DIGYNIA.

POLYGONUM, 7. 8.

OCTANDRIA

* MONOGYNIA.

VACCINIUM.

ERICA.

DAPHNE.

STELLERA.

** DIGYNIA.

GENTIANA, 12.

*** TRIGYNIA.

POLYGONUM.

**** TETRAGYNIA.

ADOXA, 1.

4 *MONOPETALI REGULARES.*

DECANDRIA

* *MONOGYNIA.*

ARBUTUS.

** *POLYGYNIA.*

COTYLEDON.

ADOXA.

MONADELPHIA

* *POLYANDRIA.*

LAVATERA.

MALVA.

ALCEA.

ALTHÆA.

MONŒCIA

* *PENTANDRIA.*

Femina ap- XANTHIUM. maf...
petala.

** *POLYANDRIA.*

JUGLANS. uterque sexus.

POTERIUM. uterque sexus.

*** *SYNGENESIA.*

MOMORDICA. uterque sexus.

CUCURBITA. uterque sexus.

CUCUMIS. uterque sexus.

BRYONIA. uterque sexus.

DIŒCIA

* *MONANDRIA.*

Femina ap- NAJAS. maf...
petala.

** *OCTANDRIA.*

LAURUS. uterque sexus.

MONOPETALI

REGULARES.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

JASMINUM.

Cor. 5 - fida : tubo cylindrico. *Bacc.*,
2 - cocca.

Fruticulus , flexuosus. *fol.* composita.

1. JASMINUM foliis oppositis pinnatis. *h. m.* 5. *Le* *Officinale.*
jasmin.

* PHARM. *Jasmini* flores, oleum coctum. Extus, vis
uterina, antidystocica.

2. JASM. foliis alternis ternatis simplicibusque, *Fruticans.*
ramis angulatis. *h. m.* 6.

Jasminum luteum vulgò dictum *Bacciferum.* *mag.*
Bot. 139. *hort.* 105.

3. JASM. foliis alternis pinnatis ternatisque, ramis *Humile.*
angulatis. *h. m.* 6.

Jasminum humilius luteum. *mag. hort.* 105.

LIGUSTRUM.

Cor. 4 - fida : tubo cylindrico. *Bacc.*
4 - sperma.

Frutex. *fol.* simplex. *inflor.* racemosa
terminalis.

4. LIGUSTRUM. *h. m.* 6. *Le* *troëne.*

Ligustrum germanicum, *mag. Bot.* 154. *hort.* 117.

Vulgare.

P H I L L Y R E A.

Cor. 4-fida: tubo vix ullo. *Bacc.* 1-sperma.
Frutex. fol. simplex. *inflor.* glomerata
axillaris.

- Media.* 1. PHILLYREA foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis. *linn. sist. nat.* 847.
Phillyrea foliis lanceolatis subintegerrimis. *h. m.* 6.
Phillyrea folio ligustri. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.
- Angustifolia.* 2. PHILLYR. foliis lineari-lanceolatis integerrimis.
h. m. 7. e.
Phillyrea angustifolia prima. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.
- Latifolia.* 3. PHYLL. foliis ovato-cordatis serratis. *h. m.* 7.
Le flaris.
Phillyrea folio ilicis. *mag. Bot.* 202.
Phillyrea latifolia spinosa. *mag. hort.* 158.
Phillyrea folio leviter serrato. *mag. hort.* 159.

O L E A.

Cor. 4-fida: tubo brevi. *drup.* 1-sperma.
Arbor. fol. subtus incano-nitens. *inflor.*
subracemosa axillaris.

- Europæa.* 1. OLEA. *h. m.* 7. *L'olivier.*
- Angulosa.* 2. Olea media oblonga angulosa. *mag. Bot.* 189.
hort. 147.
- Amygdalina.* 3. Olea major angulosa amygdali forma. *cj. Bot.* 189.
hort. 147.
- Craniomorpha.* 4. Olea media, fructu oblongo corni figura. *Bot.* 189. *hort.* 147.
- Sphærica.* 5. Olea major subrotunda. *Bot.* 189. *hort.* 147.
maxima.
- Oblonga.* 6. Olea minor oblonga. *Bot.* 189. *hort.* 147.
- Viridula.* 7. Olea media rotunda viridior. *Bot.* 190. *hort.* 147.

R E G U L A R E S. 7

- Olea media rotunda præcox. Bot. 190. hort. 3. Præcox.
 147.
 Olea minor rotunda racemosa. Bot. 190. hort. 147. 1. Racemosa.
 Olea minor rotunda rubro-nigricans. Bot. 190. 2. Atro-rubens.
 hort. 147.
 Olea minor rotunda ex rubro & nigro variegata. 3. Variegata.
 Bot. 190. hort. 147.
 Olea sylvestris. Bot. 189. 4. Sylvestris.
 * PHARM. *Olivæ* oleum expressum. Extus & intus
 vis emolliens, laxans, lubricans, obvolvans,
 antidolorifica, eccoprotica, anthelmintica. *Con-*
ditæ stomachicæ. *Fex* resolvens. *Oleum* ad uncias
 intus.

S Y R I N G A.

Cor. 4-fida: tubo cylindrico. *caps.* 2-lo-
 cularis.

Erutex. *fol.* simplex. *in flor.* thyrsoidæ
 terminalis.

1. SYRINGA foliis ovato-cordatis. h. m. 8. *Le lilac.* *Vulgaris.*

T R I A N D R I A

M O N O G Y N I A.

C R O C U S.

Cor. 6-partita æqualis. *stigmata* convoluta.

Herba. *fol.* fasciculata linearis: superne
 1-fulcata: inferne 2-fulcata.

1. CROCUS spatha univalvi radicali, corollæ tubo *Sativus.*
 longissimo. h. m. 24. *Le safran.*
 Crocus vernus minor alter, flore minori ex albo
 purpureo. *mag.* Bot. 81.
 Crocus vernus angustifolius gemino bulbo. *Bauh.*
pin. 67.

* PHARM. *Croci orientalis* stigma, pulvis, tinctura, extractum. Vis anodina, alexiteria, exhilarans, resolvens, emmenagoga, anticterica, antiemetica, ophthalmica. *stigmata*, *pulvis*, *tinctura* ad scrup. ℥. extractum ad grana v.

HABITAT à la Garrigue du Terrail, à Montferrier, la Valette, la Colombiere, Floret Aprili, Februario.

I R I S.

Cal. o. *cor.* 6-partita supera : *petalis* 3 interioribus. *stigma.* 3-partito-petaloidium.

Herba. *fol.* disticha ensiformis. *fulc.* Bractææ spathæformes flores distinguentes.

* *Barbatæ.*

Germanica. 1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro. *h. m.* 25. *La flambe.*

Iris vulgaris violacea sive purpurea sylvestris. *mag. Bot.* 141. *hort.* 105.

* PHARM. *Ireos nostratis* radix. Intus vis diuretica ! antihydrica ! emmenagoga. Extus errhina, resolvens. *succus* ab uncia 1 ad 3.

Pumila. 2. IRIS corollis barbatis, caule foliis subæquali unifloro. *h. m.* 26.

Iris perpusilla acaulis fermè saxatilis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris humilis latifolia colore violaceo. *mag. hort.* 106.

Angustifolia. 3. Iris maritima Narbonensis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris angustifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.

Lutea. 4. Iris minor lutea. *Bot.* 142. *hort.* 106. & flore albo. *ibid.* 106.

Iris humilis flore luteo. *Tour.* 362.

HABITAT copiosè in saxosis citra & ultra amnem, à Grabels, ubi Martio floribus cæruleis, albis, & luteis variat.

* *Imberbes.*

3. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatate minoribus. *h. m.* 26. *Pseudo-acorus.*
 Iris palustris lutea sive acorus adulterinus. *mag. Bot.* 142. *hort.* 106.
- * PHARM. *acori palustris* radix. Intus vis adstringens.
4. IRIS corollis imberbibus, petalis internis longitudine stigmatatis. *h. m.* 26. *Le glayeul puant.* *Fetidissima.*
 Iris sylvestris seu xyris. *mag. Bot.* 142.
 Iris agria foetida sive xyris. *mag. hort.* 106.

T E T R A N D R I A

M O N O G Y N I A.

P L A N T A G O.

Cor. 4 - fida reflexa. *caps.* 2 - locularis polyisperma.

Herba. fol. simplex. *in flor.* spicata terminalis.

* *Scapo nudo.*

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica flosculis imbricatis. *h. m.* 69. *Le plantain large.* *Majus.*
 Plantago latifolia sinuata. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.
 Plantago latifolia tota glabra. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.
- * PHARM. *Plantaginis* radix, folia, aqua destillata, semina. Intus & extus vis adstringens, vulneraria, antiulcerosa, ophthalmica.
2. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. *h. m.* 69. *Le plantain moyen.* *Medic.*
 Plantago latifolia incana. *mag. Bot.* 303. *hort.* 160.

β. *Plantago latifolia hirsuta minor. mag. hort. 160.*

* *Vis speciei primæ.*

Lanceolata. 3. *PLANTAGO* foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. *h. m. 69. Le plantain étroit.*
Plantago angustifolia major. mag. Bot. 206. hort. 160.

* *Vis speciei primæ.*

Lagopus. 4. *PLANTAGO* foliis lanceolatis, spica ovata hirsuta, scapo angulato. *h. m. 670.*
Plantago angustifolia, capitulis lagopi. mag. Bot. 206. hort. 160.

Albicans. 5. *PLANT.* foliis lineari-lanceolatis hirsutis, spica cylindrica erecta, scapo tereti foliis longiore. *h. m. 70.*

Holosteum hirsutum albicans minus. mag. Bot. 132.

Plantago angustifolia albida Monspeliensis. mag. hort. 160.

Alpina. 6. *PLANT.* foliis linearibus planis hirsutis, spica oblonga erecta. *h. m. 70.*

Maritima. 7. *PLANT.* foliis semi-cylindricis integerrimis basi lanatis, scapo tereti. *h. m. 70.*

Coronopus maritima major. mag. Bot. 76. hort. 63.

Subulata. 8. *PLANT.* foliis subulatis triquetris rigidis, scapo tereti. *h. m. 70.*

β. *Coronopus serpentina. mag. Bot. 79.*

Coronopus. 9. *PLANT.* foliis lineari-pinnatifidis. *h. m. 70.*

Coronopus hortensis. mag. Bot. 79.

Coronopus sive cornu cervinum vulgò spica plantaginea. mag. hort. 63.

* *Caule ramoso.*

Psyllium. 10. *PLANTAGO* caule ramoso suffruticoso, foliis integerrimis, spicis aphyllis. *h. m. 71. & foliosis. ibid. L'herbe aux puces.*

Psyllium majus supinum. mag. Bot. 214. hort. 165.

* *PHARM. Psyllii semina, mucilago. Vis obvolvens refrigerans, consolidans, ophtalmica, antidyfenterica, antibæmoptoïca, gargarismica.*

Cynops. 11. *PLANTAGO* caule ramoso herbaceo, foliis dentatis recurvatis, spicis aphyllis. *h. m. 71.*

Psyllium majus erectum. mag. Bot. 214. hort. 165.

S A N G U I S O R B A.

Cal. 2-phyllus. cor. plana. caps. inter calycem & corollam.

Herba. fol. impari-pinnata. inflor. spicata terminalis.

1. SANGUISORBA spicis ovatis. *h. m. 71. La pimprenelle. Officinalis.*

Pimpinella sanguisorba major. mag. Bot. 204. hort. 159.

* PHARM. *Pimpinella italica majoris* radix. Intus vis adstringens tonica, antidyfenterica.

G A L I U M.

Cor. 4-fida plana supera. sem. 2, subglobosa.

Herba. fol. verticillata. inflor. sub-paniculata.

* *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis quaternis ovatis inaequalibus, *Palustre.*
caulibus diffusis. *h. m. 68. Le caille lait blanc.*

Galium palustre album. mag. Bot. 105. hort. 84.

2. GALIUM foliis octonis linearibus sulcatis, ramis *Verum.*
floriferis brevioribus. *h. m. 66. Le caille lait jaune.*

Galium luteum. mag. Bot. 105. hort. 84.

* PHARM. *Galii lutei* comæ floridae. Vis antidyfenterica, antiépileptica, lac coagulans.

3. GALIUM foliis senis lanceolatis, retrorsum serrato-aculeatis rigidis, corollis fructu majoribus. *Uliginosum.*
linn. sp. pl. 106. sist. nat. 892.

HABITAT au Capouladou & à Lesperou in fossis udis, & pratis.

4. GALIUM foliis octonis linearibus subserratis pa- *Mollugo.*

tentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *h. m.* 67.

Rubia sylvestris lævis. *mag. Bot.* 224.

Aparine sylvestris lævis. *mag. hort.* 19.

6. Galium album. *mag. Bot.* 104. vulgare. *hort.* 84.

Galium album vulgare. *Tour.* 115.

Mollugo montana angustifolia vel galium album latifolium. *B. pin.* 334.

Glaucum.

5. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis summo caule floriferis. *h. m.* 67.

Rubia montana angustifolia. *mag. Bot.* 225.

* *Fructu hispido.*

Rotundifolium.

6. GALIUM foliis ovatis quaternis lævibus obtusis, panicula dichotoma, feminibus hispidis. *h. m.* 67.

Aparine.

7. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis scabris, retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *h. m.* 67. *Le grateron.*

Aparine vulgaris. *mag. Bot.* 25. *hort.* 19.

Parifense.

8. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hispidis. *linn. sp. pl.* 108.

Aparine minima. *mag. Bot. app.* 291.

HABITAT in sterilibus & saxosis, à la Valette, la Colombiere, & à Gramont.

Copiosius cum flore vidimus æstate à Lamalou inter muscos.

A S P E R U L A.

Cor. tubulosa supera. *sem.* 2, globosa.

Herba. fol. verticillata. *in flor.* fasciculata terminalis.

Odorata.

1. ASPERULA foliis octonis, fasciculis pedunculatis. *h. m.* 65.

* PHARM. *Marrifylva* herba. Vis diluens, diuretica, antihexanthematica.

HABITAT à Lamalou, & à Lesperou.

Arvensis.

2. ASPERULA foliis senis, floribus sessilibus aggregatis terminalibus. *h. m.* 65.

R E G U L A R E S.

13

Rubia cærulea elatior vel erectior. *mag. Bot.* 224.

Aparine cærulea elatior. *mag. hort.* 19.

3. ASPERULA foliis quaternis ovato-lanceolatis, *Taurina:*
 floribus fasciculatis terminalibus. *h. m.* 65.

Aparine latifolia lævis. *mag. hort.* 19.

4. ASPERULA foliis linearibus, inferioribus senis, *Tinctoria.*
 intermediis quaternis, caule flaccido, floribus
 plerisque trifidis. *h. m.* 66.

5. ASPERULA foliis inferioribus senis, summis *Cynanchica.*
 quaternis: alternis minoribus, floribus 4-fidis.
h. m. 66.

Rubia cynanchica. *mag. Bot.* 225.

Aparine foliis gramineis. *mag. hort.* 19.

S H E R A R D I A.

Cor. tubulosa supera. *sem.* 2, tridentata.

Herba. fol. verticillata. *fulc.* Bractea ro-
 tata involucriformis flores aggregatos
 sustinens.

1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus *Arvensis*
 terminalibus. *h. m.* 64.

Rubia parva, flore cæruleo se spargens. *mag.*
Bot. 224.

Aparine pumila supina flore cæruleo. *mag. hort.* 19.

R U B I A.

Cor. campanulata supera. *sem.* 2, Baccata.

Herba. fol. verticillata. *rad.* stolonifera.
in flor. dichotoma.

1. RUBIA foliis senis. *h. m.* 68. *La garence.* *Tinctorum.*

Rubia sylvestris Monspessulana major. *mag. Bot.*
 224. *hort.* 175.

* PHARM. *Rubia tinctorum* radix. Intus vis adstrin-
 gens, diuretica, emmenagoga, antirachitica.

C R U C I A N E L L A.

Cor. tubulosa supera. *cal.* 2 - phyllis inferus. *sem.* 2, linearia inter calycem & corollam.

Herba. *fol.* verticillata. *inflor.* spicata terminalis.

- Angustifolia.* 1. CRUCIANELLA crecta, foliis linearibus senis. *h. m.* 68.
Rubeola angustifolia spicata. *mag. Bot.* 225. *hort.* 175.
- Latifolia.* 2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis lanceolatis. *h. m.* 68.
Rubia latifolia spicata. *mag. hort.* 175.
- Nonspeliaca.* 3. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis ovatis, ramis subquinatis linearibus. *linn. sist. nat.* p. 893.
Crucianella repens, foliis senis, spicis longis. *h. m.* 68.
Rubia spicata repens. *mag. Bot.* 225.
Rubeola spicata repens. *mag. hort.* 175.
HABITAT in saxosis à Masgiri, & au pont de Villeneuve.

S C A B I O S A.

Cal. recept. inflor. fol. vide classem 2^{am}.
Tetrand. monogyn.

Cor. 4 - fida.

- Leucantha.* 6. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, squamis calycinis ovatis obtusis. *h. m.* 61.
Scabiosa montana calidarum regionum. *mag. Bot.* 231. *hort.* 180.
- Succisa.* 7. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *h. m.* 62. *La scabiense des bois, ou la succise,*

Succisa five morsus diaboli. *mag. Bot.* 247.

Scabiosa folio integro. *mag. hort.* 180.

*PHARM. *Morsus diaboli vel succisæ radix*, herba.

Vis alexiteria, vulneraria, antianginosa, scabiosæ succedanea.

8. SCABIOSA corollulis æqualibus quadrifidis, trifidisque, foliis caulinis sub 3 pinnatis. *h. m.* 62. *Gramuntians*
 Scabiosa capitulo globofo, foliis in tenuiffimas lacinias divisis. *mag. Bot.* 231. *hort.* 170.

C O N V A L L A R I A.

Cal. Bacc. caul. vide ejusdem classeos
Hexand. monogyniam.

Cor. 4-fida rotata. *fol.* petiolata. *inflor.*
 racemosa.

5. CONVALLARIA caule foliofo, foliis cordatis *Bifolia*
 petiolatis. *h. m.* 177.

G E N T I A N A.

Casp. caul. fol. vide ejusdem classeos
Pentand. digyniam.

Cal. & Cor. 4-fida.

9. GENTIANA corollis quadrifidis fauce barbatis. *Campestris*
h. m. 129.

Gentiana verna minor. *mag. hort.* 85.

10. GENTIANA corollulis imberbibus quadrifidis *Cruciata*
 verticillatis sessilibus. *h. m.* 129.

11. GENTIANA corollis quadrifidis margine ciliatis. *Ciliata*
linn. sp. 231.

HABITAT à *Lesperou*. Floret Augusto & Septembri.



T E T R A N D R I A

D I G Y N I A.

C U S C U T A.

Cal. 4-partitus. *cor.* 4-fida ovata. *caps.*
2 locul. circumscissa.

Cotyl. o. *fol.* o. *rad.* o. *herba* parasitica,
filamentosa.

Nota. Semina sata emittunt cauliculum filiformem, volubilem, cotyledonibus, foliis & radicibus destitutum; ubi autem pars hujus superior, plantæ vicinæ cuilibet ita adhæsit ut ex illa nutrimentum hauriat, tunc pars inferior marcescit, perit. Imo si corpori exsucco, uti petræ, adhæreat, tota perit.

Europæz.

1. CUSCUTA floribus sessilibus. *h. m.* 74. *La cuscute, l'épithyme.*

Cuscuta major. *mag. Bot.* 81. *hort.* 65.

Cuscuta minor sive epithimum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 65.

* PHARM. *Cuscute, epithymi* herba. Vis dubia, aperiens, antimelancholica, antihypochondriaca ex *Tournefortio.*

T E T R A N D R I A

T E T R A G Y N I A.

I L E X.

Cal. 4-dentatus. *cor.* rotata. *stil.* o. *Bacc.*
4-sperma.

Arbor. *fol.* simplex, marginibus cartilagineo-calloso.

Aquifolium.

1. ILEX foliis ovatis acutis spinosis. *h. m.* 75. *Le houx.*
Aquifolium vulgò. *mag. Bot.* 6.

Aquifolium

Aquifolium sive agrifolium vulgò. *mag. hort.* 21.

OBS. Variat foliis integerrimis, apice tantum spinosis.

PENTANDRIA

MONOGYNIA,

CRUCIANELLA.

Cal. sem. caul. fol. fulc. vide ejusd. classeos *Tetrand. 1-gyniam.*

Cor. 5-fida.

4. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis, spicis interruptis. *h. m.* 68.
Rubia maritima. mag. Bot. 226. *Rubeola. ejusd. hort.* 175.
Rubia maritima aspera. mag. Bot. 226.

Maritima.

* G Y M N O T E T R A S P E R M Æ.

HELIOTROPIUM.

Cor. infundibuliformis, 5-fida, interjectis dentibus: fauce clausâ fornicibus.

Herba. inflor. spicata suboppositifolia: spicæ pars florifera recurva: fructifera stricta.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis plicatis tomentosis, spicis solitariis. *Linn. sist. nat. pag.* 913.

HABITAT in herbidis, à *Valene & au Capouladou* secus fluvium.

Procumbit, & heliotropio vulgari multò ramosius.

2. HELIOTROPIUM foliis ovatis petiolatis, caule erecto. *h. m.* 78. *L'heliotrope ou l'herbe aux verrues.*

Supinum.

Europæum.

Heliotropium majus Dioscoridis. *mag. Bot.* 125. *hort.*

* PHARM. *Heliotropii* herba, succus. Extus vis abstergens, antiulcerosa antiherpetica, antiverucosa.

M Y O S O T I S.

Cor. Hypocrateriformis, 5-fida: lobis emarginatis fauce clausâ fornicibus.

Herba inflor. racemosa terminalis: racemi pars florifera recurva: fructifera stricta.

- Scorpioides.* 1. MYOSOTIS seminibus nudis, foliorum apicibus callosis. *h. m.* 79. *L'oreille de souris.*
- Glabra.* β. *Echium scorpioides* palustre. *mag. Bot.* 88. *Lithospermum palustre minus.* *mag. hort.* 121.
- Hirsuta.* γ. *Echium scorpioides arvense.* *mag. Bot.* 88. *Lithospermum arvense minus.* *mag. hort.* 121.
- Lappula.* 2. MYOSOT. feminum aculeis triglochidibus, foliis pilosis lanceolatis. *h. m.* 79. *Cynoglossum medium & minus.* *mag. Bot.* 79. *hort.* 67.
- Apula.* 3. MYOSOTIS feminibus nudis, foliis hispidis, racemis foliosis. *h. m.* 79. *Anchusa lutea minima.* *mag. Bot.* 19. *hort.* 14. HABITAT copiosissimè in luco, en allant à Peraults.

L I T H O S P E R M U M.

Cal. 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis: fauce nudâ.

Herba & frutex; ramis floriferis bifidis.

- Officinale.* 1. LITHOSPERMUM feminibus lævibus, corollis calicem vix superantibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 80. *Le greuil.* *Lithospermum sive milium folis.* *mag. Bot.* 163. *hort.* 122.

- * PHARM. *Lithospermi* femina. Intus vis absorbens, adstringens, diuretica? mucosa è renibus everrens?
2. LITHOSPERMUM feminibus rugosis, corollis vix calyces superantibus. *h. m.* 80. *Arvenses*
Lithospermum nigrum flore albo, semine echii. *mag. Bot.* 164.
Anchusa angustifolia lithospermi folio flore albo. *mag. hort.* 14.
3. LITHOSPERMUM seminibus lævibus, corollis calycem multoties superantibus. *h. m.* 80. *Purpureo-caeruleum.*
Lithospermum repens majus. *mag. Bot.* 163.
Anchusa latifolia, flore purpureo. *mag. hort.* 14.
4. LITHOSPERMUM staminibus corollam æquantibus. *h. m.* 80. *Fruticosum.*
Anchusa lignosior angustifolia. *mag. Bot.* 18. *hort.* 14.

A N C H U S A

Cor. infundibuliformis: tubo basi prismatico: fauce fornicatâ. *sem.* oblonga.
Herba. inflor. spicata secunda terminalis.

1. ANCHUSA foliis lanceolatis, spicis imbricatis. *h. m.* 81. *La buglosse.* *Officialis*
Buglossum angustifolium majus. *mag. Bot.* 40. *hort.* 35.
- * PHARM. *Buglossi* radix, herba, succus, flores. Vis eadem ac borraginis.
2. ANCHUSA subtomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus corolla brevioribus. *Lim. sp. pl. edit.* 2â. pag. 192. *L'orcanette.* *Tinctoria.*
Lithospermum tinctorium, villosum, caulibus procumbentibus simplicissimis. *h. m.* 80.
Anchusa monspeliaca. *mag. Bot.* 18.
Anchusa puniceis floribus. *mag. hort.* 14.

P U L M O N A R I A

Cor. infundibuliformis: fauce perviâ.
cal. prismatico-5-gonus.

Herba. fol. scabra sessilis. inflor. terminalis congesta.

Officinalis.

1. PULMONARIA foliis radicalibus ovato-cordatis scabris. *h. m. 82. La pulmonaire.*

* PHARM. *Pulmonaria maculata* herba, syrupus. Vis vulneraria consolidans, demulcens, bechica, antiphtysica... Datur in ptisanis jusculis... *syrupus ad unc. 11.*

HABITAT in fagetis à *Lamalou*, à *l'Esperou*, au *Vigan*.

C Y N O G L O S S U M.

Cor. infundibuliformis. fauce fornicatâ. sem. depressa, interiori tantum latere stylo affixa.

Herba. fol. mollis. inflor. secunda subracemosa.

Officinale.

1. CYNOGLOSSUM staminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis sessilibus tomentosis. *h. m. 81. Le cynoglosse.*

Montanum.

β. *Cynoglossum majus vulgare. mag. Bot. 83. hort. 67. Linn. demonstr. plant. & amen. acad. 3. pag. 402.*

HABITAT β. in declivibus au *Capouladou*, & à *Lamalou*.

* PHARM. *Cynoglossi* radix, herba. Intus vis adstringens subnarcotica; extus resolvens, antiulcerosa, antiphtiriaca. Intus *radix* decocta ad usque unc. 1. *folia* verò ad usque man. 1... * *pillule cynoglossi* à gran. IV ad X.

Apenninum.

2. CYNOGLOSSUM staminibus corollam æquantibus. *h. m. 82.*

Cynoglossum montanum maximum. mag. hort. 67.

Cynoglossum folio virenti. mag. Bot. app. 294.

Cynoglossum sempervirens. Baub. pin. 257. mag. hort. 67.

Cynoglossum montanum virente folio, flore majori. Tour. 140. & minori, ibidem.

3. CYNOGLOSSUM foliis tomentosis incanis spatulatis semiamplexicaulibus. *b. m.* 82. *Cheirifolium.*
 Cynoglossum creticum argenteo angusto folio.
mag. Bot. 83. *hort.* 67.

S Y M P H Y T U M.

Cor. limbus tubulato-ventricosus : fauce radiis 5-subulatis clausâ. *stil.* calycibus longior.

Herba. fol. decurrens. *in flor.* congesta terminalis.

1. SYMPHYTUM foliis omnibus alternis. *b. m.* 83. *Officinale.*
La consoude.

Symphytum consolida major. *mag. Bot.* 247. mas & femina. *hort.* 190.

* PHARM. *Consolidæ majoris* radix, herba, flores, syrupus. Extus & intus vis glutinans, vulneraria, obvolvens, adstringens, antihæmoptoïca antidyfenterica, ischama, ... ab unc. ff. ad unc. 2, in decocto.

2. SYMPHYTUM foliis summis oppositis. *b. m.* 83. *Tuberosum.*
 Symphytum majus tuberosâ radice. *mag. Bot.* 248. *hort.* 191.

C E R I N T H E.

Cor. limbus tubulato-ventricosus : fauce nudâ. *sem.* 2, ossæ bilocularia.

Herba, scabra. *in flor.* laterifolia solitaria pedunculata. *fol.* scabra alterna.

1. CERINTHE foliis amplexicaulibus, corollis obtusiusculis patulis. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 194. *Major.*
b. m. 83. *Le melinet.*

HABITAT à *Pezemas*, in arvis circa urbem.

O N O S M A.

Cor. limbus tubulato-ventricosus : *fauce* nudâ. *sem.* 4.

Herba pilis rigidis exasperata. *inflor.* laterifolia solitaria pedunculata. *fol.* conferta sparsa hispida.

Echioides.

1. ONOSMA foliis lanceolatis hispidis, fructibus erectis. *Linn. sp. pl. edit. 2^a. pag. 196.*
Cerinte, echioides, foliis lanceolato-linearibus hispidis, seminibus quaternis distinctis. *h. m. 84.*

B O R R A G O.

Cor. rotata : *fauce* clausâ, radiis 5 - sulcatis.

Herba. inflor. laterifolia subracemosa.

Officinalis.

1. BORRAGO foliis omnibus alternis, caulibus patentibus. *h. m. 84. La bourrache.*
Borrage floribus cæruleis, & albis. mag. hort. 34.
 * PHARM. *Borraginis* herba, succus, flores. Intus vis expectorans incidens, antipleuritica, antiperipneumonica... nitro scætet.

A S P E R U G O.

Cal. feminifer compressus, lamellis plano-parallelis.

Herba. inflor. axillaris subsolitaria subsessilis.

Procumbens.

1. ASPERUGO calycibus fructiferis reflexis cauli appressis. *h. m. 85.*
Buglossum sylvestre caulibus procumbentibus. *mag. Bot. 41.*
Buglossoides caulibus procumbentibus. *mag. hort. 35.*

** A N G I O S P E R M Æ.

A N D R O S A C E.

Cor. Hypocrat. infera : *fauce* glandulosâ.
caps. 1 - locularis.

Herba. inflor. umbellata simplex , ter-
minans *scapum*.

1. ANDROSACE perianthiis maximis. *h. m.* 87. *Maxima!*
Androsace altera Mathioli. *mag. hort.* 14. *nov. char.*
222.
2. ANDROSACE foliis lanceolatis dentatis glabris , *Septentrig-*
perianthiis angulatis corolla brevioribus. *h. m.* 87. *nalis.*
3. ANDROSACE foliis linearibus glabris , umbella *Lactea.*
involucris multoties longiore. *h. m.* 87.
4. ANDROSACE foliis subulatis glabris , umbella *Carnea.*
involucris brevior. *h. m.* 88.

P R I M U L A.

Cor. infundibul. infera : *fauce* perviâ.
caps. 1 - locularis.

Herba. inflor. umbellata terminans sca-
pum.

1. PRIMULA foliis dentatis rugosis. *h. m.* 88. *La Officinalis!*
prime-vere.
Primula veris caulifera pallido flore vix odoro.
mag. Bot. 213.
Primulæ veris species omnes. *mag. hort.* 164.
* PHARM. *Primula veris* radix , herba , flores ,
conserva , aqua.
Vis subanodina , nervina , cardiaca , resolvens ,
antiparesica. *flor.* antivertiginosi. *rad.* antice-
phalæica.
2. PRIMULA foliis ferratis glabris. *h. m.* 88. *L'oreille Auricula.*
d'ours.
Obs. hujus & prioris innumeræ in hortis varia-
tes. Utraque variat calycibus & corollis 8-fidis,
8-andris. B. iv.

- Farinosa.* 3. PRIMULA foliis crenatis glabris. *h. m.* 88.
Viviana. 4. PRIMULA foliis linearibus integerrimis, floribus sessilibus. *h. m.* 89.
Integrifolia. 5. PRIMULA foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubulosis obtusis. *h. m.* 89.

C Y C L A M E N.

Cor. rotata reflexa infera. *caps.* baccam fovens.

Herba. *scapus* 1 - florus : florifer spiralis : fructifer convolutus.

- Europæum.* 1. CYCLAMEN corolla retroflexa. *h. m.* 89. *Le pain de pourceau.*
 Cyclamen byzantinum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 66. & varietates.
 * PHARM. *Cyclaminis* radix. *Arthanite* unguentum. Intus vis minus tuta, drastica, emmenagoga. Extus tutior, resolvens, antischirrosa, cathartica, emmenagoga, anthelmintica.

S A M O L U S.

Cor. rotata supera. *stigm.* capitatum. *stam.* munita squamulis corollæ.

Herba. *fol.* alterna. *inflor.* racemosa terminalis.

- Valerandi.* 1. SAMOLUS. *h. m.* *Le mouron d'eau.*
 Anagallis aquatica folio rotundo non crenato. *mag. Bot.* 18.
 Samolus valerandi. *mag. hort.* 178.

C A M P A N U L A.

Cor. campanulata. *filam.* basi dilatata. *stigm.* 3-fidum.

Herba. *fulc.* glandulæ ad margines foliorum... *lact.* alba sæpius.

Obs. Variat calycibus, corollisque 6-fidis, hexandris.

* *Foliis lævioribus angustioribus.*

1. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, *Rotundifolia.*
caulinis linearibus. *h. m.* 96.
- β. Campanula alpina linifolia cærulea. *mag. Bot.*
47. *icon.* 46.
- γ. Campanula alpina rotundifolia minor. *mag. hort.*
29.
- δ. Campanula rotundifolia minor vulgaris. *mag. hort.*
29.
2. CAMPAN. foliis undulatis, radicalibus lanceolato-
to-ovalibus, panicula coarctata. *h. m.* 96. *Le*
raiponce. *Rapunculus.*
Rapunculus esculentus. *mag. Bot.* 220.
Campanula radice esculentâ, flore cæruleo. *mag.*
hort. 29.
3. CAMPANULA foliis radicalibus obovatis, cau-
linis lanceolato-linearibus subserratis, sessilibus
remotis. *h. m.* 97. *Perficifolia.*
Rapunculus perficifolius magno flore. *mag. Bot.*
220.
Campanula perficifolia. *mag. hort.* 29.

** *Foliis scabris latioribus.*

4. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, *Trachelium.*
calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *h. m.* 97.
Campanula vulgatio foliis urticæ, major &
asperior. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.
5. CAMPANULA caule angulato simplici, floribus *Glomerata.*
sessilibus, capitulo terminali. *h. m.* 97.
Campanula pratensis, flore conglomerato. *mag.*
Bot. 45. *hort.* 39.
6. CAMPANULA capsulis 5-ocularibus tectis, *Medium.*
calycum sinibus reflexis. *h. m.* 96.
Campanula foliis echii, floribus villosis. *mag.*
Bot. 45. *hort.* 39.
Campanula hortensis, folio & flore oblongo. *mag.*
hort. 38.

*** *Caule subdiviso.*

- Speculum.* 7. CAMPANULA caule diffuso ramosissimo, foliis sessilibus utrinque dentatis. *h. m.* 98.
Onobrychis arvensis, seu campanula arvensis erecta. *mag. Bot.* 45.
Campanula arvensis erecta. *mag. hort.* 39.
- Hybrida.* 8. CAMPANULA caule basi subramoso stricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. sp. pl.* 168.
HABITAT in arvis, à *Aniane, Villemagne, Viols.*
Affinis priori.
- Erinus.* 9. CAMPANULA caule simplici, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis, floribus sessilibus aggregatis. *h. m.* 98.
Rapunculus minor foliis incisif. *mag. Bot.* 220.
Campanula minor annua, foliis incisif. *mag. hort.* 39.
- Hederacea.* 10. CAMPANULA foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Linn. sp.* 169.
Campanula cymbalariae folio vel hederaceo. *Tour.* 112. *mag. hort.* 39.
HABITAT in arvis, à *Montpeyroux.*

P H Y T E U M A.

Cor. rotata, 5-partita : laciniis linearibus. *stigm.* 3-fidum.

Herba. inflor. terminalis. *fulc.* bractææ setaceæ flosculis interjectæ:

- Hemisphærica* 1. PHYTEUMA capitulo subrotundo, foliis linearibus integerrimis. *h. m.* 99.
- Orbicularis.* 2. PHYTEUMA capitulo subrotundo, foliis ferratis radicalibus cordatis. *h. m.* 99.
- Spicata.* 3. PHYTEUMA spicâ oblongâ, capsulis 2-ocularibus, foliis radicalibus cordatis. *h. m.* 99.
Rapunculus *spicatus* sive comosus cæruleus. *mag. Bot.* 220. *hort.* 172. & flore albo. *ibid.*

4. PHYTEUMA fasciculo terminali sessili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. *h. m.* 100. *Comosa.*

P L U M B A G O.

Cor. infundibul. infera. *stam.* squamis basin corollæ claudentibus inserta. *stigm.* 5-fidum. *sem.* 1, oblongum tunicatum.

Herba. fulc. glandulæ supra calyces pedicellatæ glutinosæ.

1. PLUMBAGO foliis amplexicaulibus ciliatis, basi angustioribus. *h. m.* 92. *La dentelaire.*
Lepidium dentillaria dictum. *mag. Bot.* 135.
Plumbago quorundam Clusii. *mag. hort.* 160.
 * PHARM. *Dentaria* radix. Extus vis caustica, antidontalgica.

C O N V O L V U L U S.

Cor. campanulata plicata. *stigm.* 2. *capsf.* 2-ocularis loculis 2-spermis....calycis foliola (sæpe) inæqualia.

Herba. inflor. axillaris pedunculata.

* *Caule volubili.*

1. CONVULVULUS foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis trifloris. *h. m.* 93. *Le petit liferon.*
Convolvulus minor arvensis. *mag. Bot.* 74. *hort.* 61. *flore albo. ibid.*
 * PHARM. *Convolvuli minoris* herba. Extus vis resolvens, subanodina.
2. CONVULVULUS foliis sagittatis posticè truncatis, pedunculis unifloris. *h. m.* 93. *Le grand liferon.* *Sepium.*
- Convolvulus major albus.* *mag. Bot.* 73. *hort.* 61.
Convolvulus major albus maritimus, crassiori & β . *Maritimus.*
auriculato folio. *mag. Bot.* 73.

* PHARM. *Convolvuli majoris* herba. Extus vis eadem prioris.

Althæoides.

3. CONVOLVULUS foliis palmatis cordatis sericeis ; lobis repandis , pedunculis bifloris. *h. m.*

93.

Convolvulus peregrinus pulcher folio *betonicae*. *mag. Bot.* 74.

Convolvulus argenteus althææ folio. *mag. hort.* 61.

** *Caule prostrato nec volubili.*

Cneorum.

4. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obtusis sericeis. *h. m.* 94.

Convolvulus spicæfolius argenteus radice repente. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

Cantabrica.

5. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis acutis , caule ramoso recto , pedunculis bifloris. *h. m.* 94.

Convolvulus minimus spicæfolius , vel *stæchadi citrinæ* affinis aut *linariæ* folio. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

Soldanella.

6. CONVOLVULUS foliis reniformibus , pedunculis unifloris. *h. m.* 94. *La soldanelle ou choux marin.*

Soldanella maritima minor. *mag. Bot.* 244.

Convolvulus maritimus nostras. *mag. hort.* 61.

* PHARM. *Soldanella* herba. Vis drastica , hydragoga , antihydrica. *pulvis* à drachm. ꝑ. ad drachm. i. *succus* ad unc. ꝑ. *folia* ad man. i. in jusculo.

M E N I A N T H E S.

Cor. rotata hirsuta. stigm. 2-fidum. *caps.* 2-ocularis.

Herba , immerfa. *fol.* natans. *in flor.* emerfa racemosa vel solitaria.

Trifoliata.

1. MENIANTHES foliis ternatis. *h. m.* 91. *Le trefle d'eau.*

* PHARM. *Trifolii aquatici* herba , *succus.* Vis

roborans, saponacea, diuretica antihydrica,
antiscorbutica, antipodagrica.

HABITAT circa Nemaufum, ubi observavit illam
Clar. Seguierus.

2. MENIANTHES foliis cordatis integerrimis. *Linn. Nymphoides.*

sp. 145.

Nymphæa minor lutea, flore fimbriato. *mag. Bot.*
302.

Nymphoides aquis innatans. *mag. hort. 145.*

HABITAT in fossis inundatis cum utricularia; à
Lattes ad lævam, & eodem tempore floret:
pedunculi uniflori, solitarii, aut geminati, sæpe
aggregati.

H O T T O N I A.

Cor. Hypocrat. *stam.* tubo corollæ im-
posita. *stigm.* globosum. *caps.* 1-locu-
laris.

Herba immerfa. *fol.* alterna pinnata.
in flor. emerfa, verticillato-racemosa
terminans scapum.

1. HOTTONIA pedunculis verticillato-multifloris. *Palustris*

Linn. sp. 145.

HABITAT in paludibus *au Caila*. Floret Junio, Ju-
lioque.

A N A G A L L I S.

Cor. rotata. *stigm.* capitatum. *caps.* 1-
locularis, circumscissa.

Herba 4-gona. *fol.* opposita sessilis inte-
gerrima.

1. ANAGALLIS foliis indivisis, caule procumbente. *Arvensis*

h. m. 93. Le mouron.

Anagallis phæniceo flore. *mag. Bot. 17. maf. β. Phænicea,*
hort. 14.

Cærulea. 2. Anagallis cæruleo flore. *mag. Bot.* 17. *fæmina; hort.* 14.

* PHARM. *Anagallidis* herba, succus. Vis cephalica, anticonvulsiva vulneraria.... Variat foliis summis ternis.

L Y S I M A C H I A.

Cor. rotata. *stigm.* obtusum. *capsf.* mucronata 10-valvis.

Herba. fol. opposita simplex. *in flor.* incerta.

* *Floribus terminalibus.*

Vulgaris. 1. LYSIMACHIA paniculata, racemis terminalibus. *h. m.* 90. *La corneille ou chasséboffe.*

Lysimachia lutea major. *mag. Bot.* 172. *hort.* 128.

* PHARM. *Pellibossæ* herba. Vis astringens, vulneraria.

** *Floribus axillaribus.*

Linum stellatum. 2. LYSIMACHIA foliis subulatis, pedunculis foliis brevioribus, caule erecto ramosissimo. *h. m.* 91.

Linum minimum stellatum. *mag. Bot.* 163. *icon.* 162. *hort.* 122.

HABITAT copiosissimè in sterilibus, & herbidis, à *Selleneuve.*

Nemorum. 3. LYSIMACHIA foliis orbiculatis acuminatis sessilibus, pedunculis folio duplo longioribus, caule procumbente. *h. m.* 91.

Anagallis lutea nemorum. *mag. hort.* 14.

Nummularia. 4. LYSIMACHIA foliis orbiculatis obtusis subpetiolatis, pedunculis longitudine foliorum, caule repente. *h. m.* 91. *L'herbe aux écus ou la nummulaire.*

Nummularia major lutea. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

* PHARM. *Nummulariæ* herba. Vis saponacea, subastringens, ischæma vulneraria, antileucorrhœica.

5. LYSIMACHIA foliis ovatis acutiusculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *h. m.* 91. *Tenella.*
 Nummularia minor purpurascente flore. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

V I N C A.

Cor. Hypocrater. contorta. *stigm.* alterum altero impositum. *folliculi* 2 - erecti.
Herba suffruticosa flexuosa. *fol.* enervia opposita integerrima.

1. VINCA floribus pedunculatis solitariis, nectariis globosis. *h. m.* 119. *La pervanche. Major.*
 Clematis daphnoides major. *mag. Bot.* 70. *hort.* 58. flore albo, variegato. *ibid.*
 * PHARM. *Vincæ pervincæ* herba. Intus vis adstringens. Extus sophericans, gargarismica.

D A T U R A.

Cal. tubulosus angulatus deciduus. *cor.* infundibul. plicata. *capsf.* 2-ocularis, 4-valvis.
Herba. inflor. interfoliacea solitaria. *fulc.* spinulæ capsulares.

1. DATURA pericarpis spinosis ovatis erectis. *h. m.* 104. *L'endormie ou le stramonium. Stramonium.*
 Solanum fætidum, pomo spinoso, flore albo. *mag. Bot.* 243.
 Stramonium seu datura major fætida, pomo spinoso oblongo. *mag. hort.* 190.
 * PHARM. *Stramonii* folia, semina. Intus vis inebrians, phantastica, perniciofa; extus stupefactiva, emolliens, subresolvens, antihemorrhoidalis, anticancrofa, antiulcerofa.

A T R O P A.

Cor. campanulata. *stam.* distantia incurvata. *bacc.* globosa 2-ocularis.

Herba. inflor. interfoliacea solitaria. *fructus* nudi.

Belladonna.

1. ATROPA foliis geminatis, calycibus monocarpis, caule erecto. *h. m.* 107. *La belladonne.*

Solanum somniferum & lethale. mag. Bot. 243.

Solanis affinis belladonna dicta. mag. hort. 186.

6. VERBASCUM foliis radicalibus oblongis sinuatis undulatis tomentosis, caulinis cordatis amplexicaulibus nudiusculis. *h. m.* 103. *Sinuatum.*

Verbascum nigrum folio papaveris corniculati. *mag. Bot.* 274. *hort.* 202.

C O R I S.

Cal. spinosus. *cor.* ringens infera. *stigm.* 5-fidum. *capsf.* 1-ocularis, 5-valvis.

Subfrutex. *fol.* linearis carnosâ integerrima ciliata.

1. CORIS. *h: m.* 102.

Coris cærulea maritima. *mag. Bot.* 78. *hort.* 63. & flore albo. *ibid.*

* PHARM. *Coreos* herba, decoctum. Inusitata, attamen eximia ex *Linnaeo*. Vis pellens, nauseosa, antisyphilitica.

Monspeliensis.

H Y O S C Y A M U S.

Cor. infundib. obtusa infera. *stam.* inclinata. *capf.* 2-ocularis, operculo convexo perpendiculari.

Herba. fol. disticha; pilis glutiniferis. *inflor.* axillaris secunda.

- Niger.* 1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus. *h. m.* 105.
Hyoscyamus vulgaris & niger. *mag. Bot.* 134. *hort.* 101.

HABITAT copiosè à Boutonet, & au mont S. Loup, ubi Maio florens humanam attingebat altitudinem. Folia radicalia lanceolata laciniata.

- Albus.* 2. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus sessilibus. *h. m.* 105. *La jusquiame.*

Hyoscyamus albus major. *mag. Bot.* 134. *hort.* 100.

* PHARM. *Hyoscyami* radix, herba, semina. Vis inebrians, phantastica, venenata, anodina, emolliens, resolvens, antihæmorrhoidalis.

- Aureus.* 3. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus pedunculatis. *h. m.* 105.

Hyoscyamus aureus creticus luteus major. *mag. Bot.* 134. *hort.* 101.

HABITAT à Nîmes, à la Tourmagne.

L O N I C E R A.

Cal. superus parvus. *cor.* supera: tubo longo deorsum gibbo. *ostigm.* capitatum. *bacc.* 2-ocularis polysperma.

Frutex. fol. opposita. *inflor.* indeterminata.

* PERYCLIMENA caule volubili.

- Caprifolium.* 1. LONICERA floribus terminalibus verticillatis sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis. *h. m.* 101.

Peryclimenum perfoliatum. *mag. Bot.* 201. *hort.* 156.

* PHARM. *Caprifolii* herba, aqua. Vis subsequenteris.

2. LONICERA capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. *h. m.* 101. *Chevrefeuille.* *Peryclimenum.*

Peryclimenum germanicum non perfoliatum. *mag. Bot.* 200. *hort.* 155.

* PHARM. *Caprifolii* herba, aqua. Vis vulneraria, mundificans, ophtalmica, gargarismica.

** CHAMÆCERASA *pedunculis bifloris.*

3. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, *foliis* integerrimis pubescentibus. *h. m.* 101. *Xylosteum.*

Chamæcerasus dumetorum fructu gemino rubro. *mag. Bot.* 293.

Peryclimenum rectum fructu gemino rubro. *mag. hort.* 155.

4. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis didymis. *h. m.* 101. *Alpigena;*

Peryclimenum alpinum fructu rubro gemino, duobus punctis notato. *mag. hort.* 156.

HABITAT à *Meyrueis* cum specie ultima.

5. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ferratis. *Linn. sp. pl.* 173. *Nigra;*

Chamæcerasus alpina fructu nigro gemino. *Tour.* 609.

HABITAT à *l'Esperou.*

6. LONICERA pedunculis bifloris, baccis coadunatis globosis, stylis indivisis. *Linn. sp. pl.* 174. *Cerulea;*

Chamæcerasus montana, fructu singulari ceruleo. *Tour.* 609.

HABITAT à *Meyrueis* cum *lon. nigra*, & *alpigena.*

D I D Y N A M I A

G Y M N O S P E R M I A.

Obs. *Caulescentia* semper tetragona ; *foliatio* opposita. *in flor.* sæpissimè verticillata.

* *CALYCIBUS BILABIATIS.*

S C U T E L L A R I A.

Cal. ore integro : fructiferus galeæformis , operculatus labio superiore cristato ponè concavo.

Herba. in flor. axillaris , opposita , solitaria , pedunculata.

- Galericulata.* 1. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis. *h. m.* 294.
Cassida palustris vulgatiore , flore caruleo. *mag. hort.* 47.

T H Y M U S:

Cal. fauce. villis clausa : fructiferus collo angustatus.

Fruticulus & herba. in flor. verticillata , aut verticillato - capitata.

- Serpyllum.* 1. THYMUS floribus capitatis , caulibus repentibus , foliis planis obtusis basi ciliatis. *h. m.* 59. *Le serpolet.*

Serpyllum vulgare repens. *mag. Bot.* 238. majus. *hort.* 183. & minus.

- Cytratus.* 2. Serpyllum citri odore. *mag. Bot.* 305. *hort.* 184.

* PHARM. *Serpylli* herba , aqua , oleum stillatitium. Vis cephalica stomachica , antihysterica , resolvens , adstringens , cephalalgie ex crapulâ adversa.

2. THYMUS erectus, foliis ovatis revolutis, floribus verticillato-capitatis. *h. m.* 289. *Le thym.* *Vulgaris.*
 Thymum vulgare rigidius folio cinereo. *mag. Bot.* 253. *hort.* 196.
 Thymum supinum candicans odoratius. *mag. β.* *Incanus.*
Bot. 254. *hort.* 196.
- * PHARM. *Thymi vulgaris* herba, aqua, oleum stillatitium. Vis pellens, corroborans, antiasthmatica, antileucophlegmatica. *Oleum stillatitium* anticolicale, stomachicum, antidontalgicum; à gutt. 4 ad 6.
3. THYMUS floribus verticillato-spicatis, caule suffruticoso, foliis linearibus basi ciliatis. *h. m.* 289. *Zigys.*
 Serpyllum longifolium hispidum. *mag. Bot.* 239. *hort.* 184.
4. THYMUS floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis ferratis, calycibus basi ventricosis. *h. m.* 290. *Acinos.*
 Clinopodium arvense ocyimi facie. *mag. Bot.* 71.
 Acinos multis. *mag. hort.* 4.
5. THYMUS ramis verticillatis longis, foliis ovalibus striatis. *h. m.* 290. *Pulegioides.*

P R U N E L L A.

Cal. fructiferus apice compressus. *filam.* omnia basi bifurca: altero apice antherifera.

Herba. fulc. bractæ oppositæ amplexicaules ciliatæ verticillos contiguos distinguentes.

1. PRUNELLA foliis ovato-oblongis petiolatis. *h. m.* *Vulgaris.*
 295. *La prunelle.*
 Prunella major folio non dissecto. *mag. Bot.* 39. *hort.* 34.
 Foliis integris subdentatis, spicâ foliis majore. *β.* *Grandiflora.*
 Prunella cæruleo magno flore. *mag. hort.* 34.
2. PRUNELLA foliis radicalibus petiolatis integerrimis, caulinis laciniatis. *Laciniata.*

Prunella folio laciniato. mag. Bot. 40. hort. 34.

* PHARM. *Prunella* herba, aqua. Vis vulneraria, adstringens, antianginosa.

Hyssopifolia. 3. PRUNELLA foliis lanceolato-linearibus sessilibus ciliatis. *h. m. 295.*

Prunella hyssopifolia. mag. Bot. 40. hort. 34.

O R I G A N U M.

Cal. minimus figuræ incertæ: 2-labiatus: 2-phyllus: 5-dentatus.

Herba subfrutescens. fulc. bracteæ in spicam strobiliformem 4-gonam congestæ flosculos distinguentes.

Crœticum. 1. ORIGANUM spicis aggregatis longis prismaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. *h. m. 288. L'origan de Crête.*

Origanum monspeliense pulchrum. mag. Bot. 194. hort. 150.

* PHARM. *Origani cretici* spicæ, oleum stillatitium. Vis calida, stimulans, stomachica, antidontalgica.

Vulgare. 2. Origanum spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus. *h. m. 288. L'origan commun.*

Origanum sylvestre. mag. Bot. 194.

Origanum vulgare spontaneum. mag. hort. 149.

* PHARM. *Origani vulgaris* herba, oleum stillatitium. Priori succedanea.

Majorana. 3. ORIGANUM foliis ovatis obtusis, spicis subrotundis compactis pubescentibus. *h. m. 289. La marjolaine.*

* PHARM. *Majorana* herba, aqua, oleum stillatitium. Vis resolvens, nervina, cephalica, antiepileptica, sternutatoria, coryzæ adversa, stomachica. . . . *Oleum stillatitium* ad gutt. 2. eleosachari formâ.

CLINOPODIUM.

Stigma acutum compressum.

Herba. inflor. verticillato-capitata terminalis. *fulc.* bractæ setaceæ involucri-formes innumeræ capitulo subjectæ.

1. CLINOPODIUM capitulis subrotundis hispidis, *Fulguræ*
bracteis setaceis. *h. m.* 287. *Le basilic sauvage.*
Clinopodium origano simile. *mag. Bot. hort.* 59.

MELITTIS.

Cal. campanulatus tubo corollæ amplior.
cor. labium superius planum : inferius
crenatum. *Antheræ* per paria cruciatae.

Herba. inflor. axillaris solitaria peduncu-
lata opposita.

1. MELITTIS. *h. m.* 293. *La melisse bâtarde, ou de* *Melyssè-*
montagne. *phyllyum.*

Lanium montanum melissæ folio. *mag. Bot.* 149.

Melissa tragi. *mag. hort.* 133.

* PHARM. *Melisse sylvestris* seu *melyssophylli* her-
ba. *Vis vulneraria, antiischurica* † *ex Tournef.*

MELISSA.

Cal. angulatus scariosus : labio superiore
ascendente. *cor.* labio supremo forni-
cato 2-fido.

Herba. inflor. pedunculi axillares multi-
flori.

1. MELISSA racemis axillaribus verticillatis, pedi- *Officinalis.*
cellis simplicibus. *h. m.* 290. *La melisse ou ci-*
tronelle.

Melissa hortensis. *mag. Bot.* 175. *hort.* 133.

* PHARM. *Melissa citrina*. Herba, aqua, oleum stillatitium, conserva. Vis resolvens, emmenagoga, cardiaca, cephalica, antihysterica, antimelancholica.

Grandiflora. 2. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine florum. *b. m.* 290. *Le calament de montagne*. Calamintha montana præstantior. *mag. hort.* 38.

* PHARM. *Calamintha magno flore* herba. Vis subsequens.

Calamintha. 3. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *b. m.* 290. *Le calament ordinaire*.

Calamintha vulgaris officinarum Germaniæ. *mag. Bot.* 44. *hort.* 38.

* PHARM. *Calamintha vulgaris* herba. Vis resolvens, pellens, expectorans, stomachica, antiasthmatica... præstans, exoleta licet.

Nepeta. 4. MELISSA pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente.. *b. m.* 291. *Le calament à odeur de poulior*.

Calamintha pulegii odore, sive nepeta. *mag. Bot.* 44. *hort.* 37.

* PHARM. *Calamintha pulegii odore* herba. Vis prioris.

TEUCRIUM.

Cor. Stam. caul. vide infra; *calyces quinquefidus. inflor.* racemosa secunda.

Scorodonia. 10. TEUCRIUM calycibus bilabiatis infernè ventricosis, racemis secundis, foliis cordatis ferratis petiolatis. *b. m.* 270. *La fausse sauge*.

Scordium alterum, sive salvia sylvestris. *mag. hort.* 181.

* PHARM. *Scorodonia* herba, flores. Vis scordii vâ analogâ, quandoque succedaneâ.

SIDERITIS.

Cor. stigm. caul. inflor. vide infra; *calyces quinquefidus. fol.* spinulâ terminata.

- f. SIDERITIS herbacea decumbens, calycibus spinosis; labio superiore integerrimo. *b. m.* 277. *Romana.*
 Sideritis verticillis spinosis. *mag. Bot.* 241.
 Sideritidis genus verticillis spinosis. *mag. hort.* 184.

** CALYCIBUS SUBQUINQUEFIDIS.

GLECHOMA.

Cal. 5-fidus. *Antheræ* per paria in crucem conniventes.

Herba, stolonifera. *in flor.* verticillata axillaris subseffilis.

- f. GLECHOMA foliis reniformibus crenatis. *b. m.* 280. *Le lierre terrestre. Hederaceæ*

Hedera terrestris vulgaris. mag. Bot. 124. *hort.* 94.

* PHARM. *Hedera terrestris* herba, succus, syrupus. Vis vulneraria abstergens, anticephalalgica, tussi, ulceri interno adversa. *syrupus* ad unc. 1. *herba* ad pug. 1. 2. pro cyatho.

MENTHA.

Cor. 4-fida subæqualis: lacinia latiore emarginata. *stam.* distantia.

Herba. in flor. verticillis nudis remotis: aut approximatis.

- f. MENTHA floribus spicatis, foliis oblongis serratis. *b. m.* 279. *La menthe sauvage. Spicata.*

Mentha sylvestris longioribus, nigrioribus, & minus incanis foliis. *mag. hort.* 134.

Spicis confertis, foliis tomentosis serratis linearilanceolatis. β . *Longifolia;*

Mentha sylvestris folio longiore. *mag. Bot.* 176. *hort.* 134.

Foliis ovatis tomentosis, floribus verticillato-spicatis. γ . *Rotundifolia;*

Mentha sylvestris rotundiore folio. *mag. Bot.* 175. *hort.* 134.

Mentha sylvestris rotundiore folio, purpureo flore.
mag. Bot. 175. hort. 174.

* PHARM. *Menthastris* herba. Vis anthelmintica, antiasthmatica, emmenagoga.

Aquatica. 2. MENTHA floribus capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corollâ longioribus. *h. m. 279. Le baume ou la menthe aquatique.*

Mentha aquatica, sive silymbrium. mag. Bot. 175. hirsutius. hort. 134.

Mentha rotundifolia palustris, seu aquatica major. mag. hort. 134.

* PHARM. *Mentha aquatica* herba, succus. Vis stomachica, diuretica, antiemetica, antispasmodica, anticolicalis.

Pulegium. 3. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus. *h. m. 279. Le pouliot.*

Pulegium latifolium. mag. Bot. 214. hort. 166.

* PHARM. *Pulegii* herba. Vis præcedentium sed fortior, asthmatis, tussi convulsivæ adversa.

Cervina. 4. MENTHA floribus verticillatis, foliis linearibus. *h. m. 280.*

Pulegium cervinum monspeliense odoratius. mag. Bot. 214.

Pulegium angustifolium, sive cervinum. mag. hort. 166.

Gentilis. 5. MENTHA floribus verticillatis, foliis acutis ovatis serratis, staminibus corollâ brevioribus. *h. m. 577. La menthe des jardins.*

* PHARM. *Mentha hortensis* herba, aqua, extractum, syrupus, oleum. Vis stomachica, antiemetica, antispasmodica, lac resolvens, pellens, antihysterica, carminativa, emmenagoga, sterilitans... *extract.* à gran. x. ad xx. *succus, aqua* ad unc. 1. 2. *syrupus* ad unc. 1.

S I D E R I T I S.

Cor. Stam. intra tubum latitantia. *stigmatis* lacinia alteram subvaginans. *Calyces* pungentes.

Herba. inflor. verticillata sessilis. fulc. bractæe pungentes.

1. SIDERITIS herbacea erecta hispido-pilosa, foliis summis amplexicaulibus. *h. m.* 277. *Perfoliata.*
2. SIDERITIS foliis lanceolatis glabris integerrimis, bracteis cordatis dentato-spinosis, calycibus æqualibus. *h. m.* 278. *Hyslopifolia.*
Sideritis alpina hyslopifolia. mag. hort. 184.
3. SIDERITIS foliis lanceolatis acutis dentatis, bracteis ovatis dentato-spinosis, calycibus æqualibus, spicis ovatis. *Linn. sp. pl. edit. 2^a.* 803. *Scordioïdes.*
Sideritis monspeliaca scordioïdes. mag. Bot. 240. *hort.* 184.
Sideritis foliis hirsutis profundè crenatis. Tour. 197.
Sideritis montana scordioïdes tomentosa. Barr. icon. 1150. *optima.*
Sideritis, hirsuta, foliis lanceolatis subdentatis, bracteis cordatis. Linn. sp. pl. edit. 1^a. pag. 375. *Gouan. hort. monf.* 278. *Gerard. fl. gallop.* 270.
- β. *Sideritis scordioïdes pyrenaïca latiore folio. mag. hort.* 184.
4. SIDERITIS foliis lanceolatis obtusis dentatis pilosis, bracteis dentato-spinosis, caule hirto, spicis interruptis elongatis. *Linn. sp. pl. edit. 2^a.* 803. *Hirsuta.*
Betonica, hirta, verticillata spinosa, calycibus sub-spinosis. Linn. sist. Gouan. h. m. 276.
Tetrahit caule procumbente, foliis sessilibus. Gerard. gall. 272.
Sideritis hirsuta procumbens. Tour. 191.
Sideritis vulgaris hirsuta. mag. Bot. 240. *hort.* 184.

LAVANDULA.

Cal. ovatus subintegerrimus. cor. resupinata. Stam. intra tubum corollæ.
Fruticulus. inflor. terminalis spicata.

1. LAVANDULA foliis lanceolato-linearibus spicâ comosâ. *h. m.* 275. *Le stecas. Stechas.*

Stachas arabica vulgò dicta. *mag. Bot.* 246. *hort.* 188.

β. *Stachas arabica* cum ligulis albis. *mag. Bot.* 246. *hort.* 189.

Obs. *Bractea* terminales steriles albæ. *Corollæ* purpureæ.

* PHARM. *Stachadis arabica* flores. Vis cephalica, nervina, antiparalytica, antivertiginosa.

Spica. 2. *LAVANDULA* bracteis calyce brevioribus, floribus verticillato-spicatis, foliis integerrimis. *h. m.* 276. *La lavande, l'aspic.*

Lavandula latifolia, *mag. Bot.* 151. *hort.* 113. *angustifolia*, *ibid.*

* PHARM. *Lavandula* flores, semina, oleum essentialiale; *spica* oleum essentialiale. Extus & intus. Vis nervina, cephalica, uterina, antiparalytica, siagogoga, balbutiei & aphoniæ adversa. *Flores & semina* pulverata à scrup. 1 ad drach. 1... *flores* etiam in infuso theiformi... *aqua stillatitia* simplex aut spirituosa, necnon *tinctura florum spirituosa* ad usque unc. 2... *oleum* à gutt. 2. ad 6.

T E U C R I U M.

Cor. labium superius (nullum?) minimum ultra basin 2-partitum, divaricatum. *stam.* inter ipsius divisuram.

Caul. inflor. fol. & fulcr. indeterminata.

* *Floribus subcapitatis.*

Montanum. 1. *TEUCRIUM* floribus subcapitatis, foliis integerrimis lanceolatis. *h. m.* 270.

Polium lavandulæ folio. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.

Polium. 2. *TEUCRIUM* floribus subcapitatis, foliis linearibus sessilibus tomentosis apice crenatis. *h. m.* 270. *Le polium.*

Polium montanum luteum. *mag. Bot.* 207. *hort.* 161.

Variiegatum. 2. *Polium incanum* flore luteo & purpuro-ferrugineo mixto. *mag. Bot. app.* 311. *hort.* 161.

* PHARM. *Polii comæ floridæ.* Vis tónica antiaustiginosa.

3. TEUCRIUM capitulis pedunculatis, foliis lanceolatis crenatis tomentosis, caule erecto. *Capitatum.*
Linn. edit. 2^a. sp. pl. 792. Le pouliot de mer.

β. Polium maritimum erectum monspeliacum. *Bauh. hist. 3. pag. 699. mag. Bot. pag. 207. hort. 162. Tour. 208.*

HABITAT in monte Cetio, à Maguelone, & in saxosis circa Selleneuve, Corponiran.

** *Floribus axillaribus sessilibus.*

4. TEUCRIUM floribus axillaribus solitariis, foliis linearitripartitis integerrimis. *Chamæpitys.*
h. m. 270. L'ivette ordinaire.

Chamæpitys lutea vulgaris folio trifido. mag. Bot. 61. hort. 54.

* PHARM. *Chamæpityos* herba, flores. Vis aperiens, pellens, nervina, cephalica, antihysterica, emmenagoga, antirhumatismalis, antiarthritica. Datur in infuso.

5. TEUCRIUM floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis linearibus tridentatis sessilibus. *Iva.*
h. m. 271. L'ivette musquée.

Chamæpitys moschata folio ferrato. mag. Bot. 61. hort. 54.

* PHARM. *Iva moschata* herba, flores. Vis præcedentis.

*** *Floribus verticillatis.*

6. TEUCRIUM floribus axillaribus verticillatis pedunculatis senis, calycibus internè ventricosis, foliis pinnatifidis. *Botrys.*
h. m. 272.

Chamædrys folio laciniato. mag. Bot. 59. hort. 52. Scordium.

7. TEUCRIUM floribus verticillatis pedunculatis quaternis, calycibus ventricosis, foliis ovatis sessilibus dentatis. *h. m. 273. Le scordium ou chamarras.*

Scordium. mag. Bot. 233. hort. 161.

* PHARM. *Scordii* herba, syrupus, aqua stillatiua. Vis diaphoretica, alexiteria, anthelmintica.

aperiens, pellens, antigangrænosa, abstergens:
Flores & folia ad manip. 1. pro aquæ pinta..
syrupus ad unc. 1.. *aqua stillaritia* ab unc. 2 ad
 6... *Diascordii Fracastorii*. Vis hypnotica, anodi-
 na, antidiarrhoica: datur à scrup. 1. ad drach. 1.

- Chamædrys.* 8. TEUCRIUM floribus verticillatis peduncu-
 latis quaternis, calycibus ventricosis, foliis ova-
 tis inciso-crenatis petiolatis. *h. m.* 273. *La ger-
 mandrée ou petit chène.*

Chamædrys vulgò vera existimata. *mag. Bot.* 58.
hort. 51.

- * PHARM. *Chamædryos* herba. Vis corroborans,
 incidens, pellens, diuretica, sudorifera, em-
 menagoga, febrifuga, antiarthritica, antiscro-
 phulosa, stomachica. *Herba* ad pug. 1. 2. in
 infuso... *pulvis* ad usque drach. 1.

- Flavum.* 9. TEUCRIUM floribus verticillatis pedunculatis
 senis, calycibus ventricosis, foliis subcordatis
 crenatis petiolatis, bracteis concavis intèger-
 rimis. *h. m.* 273.

Teucrium vulgare fruticans. *mag. Bot.* 249.

Chamædrys frutescens, *teucrium* vulgò. *mag. hort.*
 51.

A J U G A.

Cor. labio superiore minimo staminibus
 brevior.

Herba, simplicissima. *in flor.* verticillis ap-
 proximatis.

- Reptans.* 1. AJUGA stolonibus reptantibus. *h. m.* 269. *La
 bugle.*

Consolida media pratensis cærulea. *mag. Bot.* 73.

Bugula. *mag. hort.* 34.

- * PHARM. *Bugula*, *consolida media*, herba, suc-
 cus, flores. Vis vulneraria, sub-astringens, ichæ-
 ma. *Flores* ad pugill. 1. 2.. *folia* ad man. 1.. *succus
 depuratus* ab unc. iv ad vi.

- Pyramidalis.* 2. AJUGA tetragono-pyramidalis. *Linn. sist. nat.*

Consolida media pratensis hirsuta. *mag. Bot.* 294.

Bugula sylvestris villosa. *mag. hort.* 35.

HABITAT in umbrosis au Capouladou, La Serane,
& à Lamalou.

PHLOMIS.

Cal. angulatus. *cor.* labio superiore compresso, incumbente, villoso.

Suffrutex. fulc. bractæ involucrifformes verticillis subjectæ.

1. PHLOMIS foliis lanceolatis tomentosis, floralibus ovatis, involucris setaceis lanatis. *h. m.* 286. *Lychnitis*
Verbascum sylvestre monspeliense, flore luteo hiante. *mag. Bot.* 275.
Phlomis lychnites. *mag. hort.* 159.
2. PHLOMIS involucris setaceis hispidis, foliis ovato-oblongis scabris, caule herbaceo. *h. m.* 286. *Herba venti.*
Marrubium nigrum latifolium. *mag. Bot.* 174.
Herba venti. *mag. Bot.* 127.
Phlomis narbonensis hormini folio, flore purpurascente. *mag. hort.* 158.

BETONICA.

Cal. aristatus. *cor.* labio superiore ascendente planiusculo: tubo filiformi.

Herba. inflor. verticillata. *fulc.* bractæ oppositæ.

1. BETONICA spicâ interrupta, corollarum laciniâ labii intermedii emarginata. *h. m.* 276. *La betoine. Officinalis.*
Betonica purpurea. *mag. Bot.* 38. *hort.* 32.
- * PHARM. *Betonica* herba, flores, aqua, syrupus.
Vis nervina, tonica, cephalica, sternutatoria, dolori capitis adversa. *folia* ad man. 1. in infuso, decocto... *syrupus* ab unc. ss. ad unc. 1.

L A M I U M.

Cor. labio superiore integro fornicato : inferiore 2-lobo : *faux* utrinque margine dentata.

Herba. inflor. axillaris : verticillis multifloris sessilibus.

Album. 1. LAMIUM foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis. *h. m.* 281. *L'ortie morte.*

Lamium album, sive archangelica flore albo. *mag. hort.* 110.

* PHARM. *Lamii albi* herba, flores. *Herbæ* vis antileucorrhœica. In infuso theiformi.... flores in oleo olivarum ad solem infusi, vulneribus tendinum appropriati *ex Dodartio.*

Purpureum. 2. LAMIUM foliis cordatis obtusis petiolatis. *h. m.* 281.

Lamium purpureum sætidum folio subrotundo. *mag. Bot.* 148. *hort.* 110.

Amplexicaule. 3. LAMIUM foliis cordatis crenatis, bracteis cordatis incisus amplexicaulis. *h. m.* 281.

Lamium folio caulem ambiente, minus. *mag. Bot.* 149. *hort.* 110.

G A L E O P S I S.

Cal. aristatus. *cor.* labio superiore crenato fornicato : labio inferiore utrinque denticulum exferente.

Herba. fulc. bractea subulata ad basin cujuslibet calycis.

Ladanum. 1. GALEOPSIS internodiis caulinis æqualibus, verticillis omnibus remotis. *h. m.* 281.

Sideritis arvensis angustifolia rubra. *mag. Bot.* 241.

Galeopsis patula segetum purpurascens flore. *mag. hort.* 84.

2. GALEOPSIS internodiis supernè incrassatis, verticillis subnudis, subcontiguis. *h. m.* 282. *Tetrahit.*
 Urtica procerior calyculis aculeatis. *mag. hort.* 84.
3. GALEOPSIS verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo. *h. m.* 282. *L'ortie morte à fleurs jaunes.* *Galeob.*
 Lamium folio oblongo luteum. *mag. Bot.* 149.
 Galeopsis five urtica iners flore luteo. *mag. hort.* 82.
 * PHARM. *Galeopseos* five *urtice inertis* flore lutea herba, lamii albi quandoque succedanea, rari usùs.

S T A C H Y S.

Cal. pungens. *cor.* labium inferius lateribus reflexum. *stam.* deflorata ad latera deflexa.

Herba. fulc. bractææ binæ pluresve involucrifformes.

1. STACHYS verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 282. *La grande ortie puante.* *Sylvatica:*
 Lamium maximum sylvaticum fetidum. *mag. Bot.* 299.
 Galeopsis procerior fetida spicata. *mag. hort.* 82.
 * PHARM. *Galeopseos*, five *urtice inertis* magne fetidissime herba. Vis vulneraria, resolvens, antialcerosa.
2. STACHYS verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semi-amplexicaulibus. *h. m.* 282. *La petite horrie puante.* *Palustris:*
 Stachys palustris fetida. *mag. Bot.* 246.
 Sideritis anglica strumosâ radice. *mag. hort.* 184.
 * PHARM. *Galeopseos angustifolia serida* herba. Vis præcedentis.
3. STACHYS verticillis multifloris, foliorum ferraturis imbricatis. *h. m.* 282. *Germanica:*
 Stachys major germanica. *mag. Bot.* 245. *hort.* 189.
4. STACHYS verticillis 6-floris, foliis radicalibus ovalibus crenatis, summis ovatis integerrimis, corollis calyce duplo longioribus. *Maritima:*

Sideritis falviæ folio nostras. *mag. Bot.* 203. *Bocconius* *mus.* 1. p. 164. *tab.* 127.

Sideritis maritima flore ex luteo pallefcente. *Tour.* 203.

HABITAT Monspeliî versùs mare & stagna, à *Mauguio*, *Perauls*, *Lattes*.

Hanc etiam circa Massiliam & *S. Tropès* vidit & mecum communicavit eruditissimus & generosissimus Frater *Gabriel* Capucinus.

Caulis fruticulosus lanatus. *Folis* radicalia longè petiolata lanata, crenata rugosa, obtusa, ovalia. Summa & verticillis subjecta sessilia, sæpius ovata acutiuscula integerrima. *Calyces* lanati inermes magni. *Corollæ* flavæ magnæ villosæ. *Stamina* longiora labium superius adæquantia.

Annua. 5. STACHYS verticillis 6-floris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis lævibus petiolatis. *Linn. sist. nat. sp. pl. edit.* 2^a. 218.

Sideritis arvensis annua latifolia glabra. *mag. Bot.* 305. *hort.*

Betonica, annua, verticillata calycibus spinosis. *Linn. sp. pl. edit.* 1^a. 573.

HABITAT circa *Lunel* & *Sommieres*.

Hirta. 6. STACHYS verticillis 6-floris, caulibus prostratis; corollis labio superiore bifido divaricato reflexo. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 813.

Galeopsis, *hirsuta*, caule piloso, calycibus labio corollæ superiore longioribus. *Linn. sp. pl. edit.* 1^a. 580.

Sideritis, *ocymastrum*, foliis ovatis obtusis, corollis labio superiore divaricatis. *Linn. sist. nat.* 1098. *Gouan. h. m.* 278.

HABITAT in saxosis circa *Pezenas* & *Gigean*. *Folia* radicalia obtusa cordata, longè petiolata hirsuta; *calyces* aristati; *rami* debiles, flexiles.

N E P E T A.

Cor. labium inferius crenatum: *faux* marginæ reflexo.

Herba, canescens. *fulc.* bractææ subulatæ
verticillis subjctæ margine exalbido
submembranaceo.

1. NEPETA verticillis spicatis pedicellatis, foliis *Cataria.*
cordatis petiolatis dentato-ferratis. *h. m.* 275.
L'herbe au chat.

Mentha cataria major & vulgaris. mag. Bot.
176.

Cataria major vulgaris. mag. hort. 48.

* PHARM. *Nepete* herba. Vis aperiens, emmena-
goga, antihysterica, anthelmintica, cephalica,
antichlorotica. Datur in infuso aquoso vel
vinoso.

SATUREJA.

Cor. laciniaë subæquales; *stigmata* fetacea.

Fruticulus & herba. fol. punctulis (*glandulis?*) adspersa.

1. SATUREJA pedunculis bifloris. *h. m.* 273. *La Hortensis*
sarriette.

Satureja hortensis. mag. Bot. 230.

Satureja hortensis, sive cunila sativa Plinii. mag.
hort. 178.

* PHARM. *Satureje* herba, aqua, oleum. Vis ore-
xica, incidens, antiasthmatica, aphrodisiaca, pel-
lens. Datur in infuso. *oleum* in dolore dentium
à carie optimum.

2. SATUREJA pedunculis dichotomis lateralibus fo-
litiariis, calycibus foliisque mucronatis. *h. m.* 273. *Montana.*
La sarriette sauvage.

Satureja montana flosculis candidis. mag. Bot. 230.
hort. 178.

HABITAT cum priori in glareosis circa *Cau-*
nelles.

B A L L O T T A.

Cal. hypocrateris. 5-dentatus, 10-friatus. *cor.* labium superius crenatum concavum.

Herba. inflor. verticillata, flosculis pedunculatis. *fulc.* bractæ involucrifformes.

Nigra. 1. **BALLOTTA** foliis cordatis indivisis serratis. *h. m.* 283. *Le marrube noir, le marrube puant, la ballotte.*

Marrubium nigrum fætidum. *mag. Bot.* 174.

Marrubiastrum rivini. *mag. hort.* 130.

* PHARM. *Marrubii nigri* seu *ballottes* herba, verticilli. Extus vis resolvens, abstergens, antiulcerosa, subanodina. Intus *verticilli* antiauriginosi †: dantur ad drach. 1.

M A R R U B I U M.

Cal. hypocrateris. rigidus, 10-friatus. *cor.* labium superius rectum lineare 2-fidum.

Herba. inflor. verticillata sessilis. *fulc.* bractæ involucrifformes.

Vulgare. 1. **MARRUBIUM** dentibus calycinis setaceis uncinatis. *h. m.* 284. *Le marrube blanc.*

Marrubium vulgare album. *mag. Bot.* 174. *hort.* 131.

* PHARM. *Marrubii albi* herba, *summitates*, succus, syrupus. Vis aperiens, pellens, incidens, emmenagoga, thoracica, anthelmintica, antiasthmatica, antiauriginosa. *Herba* à pug. ss. ad pugil. 1. in decocto, pulverata à drach. 1. ad drach. 2.. *syrupus* ab unc. 1. ad unc. 2.. *succus* ad unc. 2 vel 3.

DIDYNAMIA

ANGIOSPERMIA.

* *CALYCIBUS 2-FIDIS.*

OROBANCHE.

Cor. ringens, subæqualis, 4-fida. *capsf.*
1-locularis, 2-valvis, polysperma. *glandula* sub basi germinis.

Herba. fol. o. *in flor.* spicata. *fulc.* bractæe squamosæ sparsæ.

1. *OROBANCHE* scapo lævi simplicissimo staminibus exsertis. *h. m.* 308. *Lævis.*
Orobanche magna purpurea monspessulana. mag. Bot. 195. hort. 151.
HABITAT in pratis à *Lattes*, ubi altitudinem sesquipedalem sæpius attingit.
2. *OROBANCHE* scapo pubescente simplicissimo, staminibus exsertis. *h. m.* 308. *Majori.*
Orobanche prima Dodonæi. mag. Bot. 195.
Orobanche major garyophyllum olens. mag. hort. 151.
3. *OROBANCHE* scapo ramoso, corollis quinquefidis. *h. m.* 308. *Ramosa.*
Orobanche subcæruleo flore, sive secunda. mag. Bot. 197. hort. 151.
4. *Orobanche minor purpureo flore, sive ramosa. mag. Bot. 197. hort. 151.*

A C A N T H U S.

Cal. 6-phyllus? lateralibus foliolis 2-fidibus: latioribus 2-oppositis: internis 2-lateralibus minimis. *cor.* 1-labiata deflexa, 3-fida. *stam.* lignosa villosa.

Herba, scaposa nuda. *fol.* radicalis. *in-*
flor. spicata.

- Mollis.* 1. ACANTHUS foliis sinuatis inermibus. *h. m.* 309.
L'acanthé ou brancursine.
Acanthus mollis, sive Virgilii. *mag. Bot.* 2. *hort.* 3.
* PHARM. *Acanthi*, seu *brancæ usine* herba. Vis
emolliens, demulcens.
- Spinosus.* 2. ACANTHUS foliis spinosis pinnatifidis. *h. m.* 309.
Acanthus aculeatus. *mag. hort.* 3.

** CALYCIUS 4-FIDIS.

E U P H R A S I A.

Cal. cylindricus. *cor.* personata. *antheræ*
inferiores altero lobo basi hinc spi-
nosæ.

Herba. *fol.* & *inflor.* indeterminata. *fulc.*
bractææ foliis subæquales.

Obs. Dicant alii quâ notâ secundariâ distinguan-
tur *euphrasia*, *rhinanthus*, *melampyrum*? Gaudent
caule 4-gono, *foliatione* opposita sessili simplici,
inflorescentia eadem, & *fulcris*.

- Latifolia.* 1. EUPHRASIA foliis dentato-palmatis, floribus sub-
capitatis. *h. m.* 296.
Euphrasia purpurea minor. *mag. Bot.* 95.
Pedicularis annua purpurea verna minor. *mag.*
hort. 154.
- Officinalis.* 2. EUPHRASIA foliis ovatis acutè dentatis, floribus
sparsis. *h. m.* 297. *L'eufraise.*
Euphrasia officinarum. *mag. hort.* 76.
* PHARM. *Euphrasiæ* herba, aqua, succus. Vis
incidens; tonica, cephalica, ophthalmica †.
Datur *herba* in infuso, & meliùs pulverata à
drach. 1. ad drach. 3. *aqua* vel *succus* pro col-
lyrio.
- Dontites.* 3. EUPHRASIA foliis linearibus, omnibus serratis.
h. m. 297.

Euphrasia

Euphrasia pratensis rubra. *mag. Bot.* 93.

Pedicularis ferotina purpurascente flore. *mag. hort.*

154.

4. EUPHRASIA foliis linearibus ferratis, superiori- *Lutea.*
bus integerrimis. *h. m.* 297.

Euphrasia pratensis lutea. *mag. Bot.* 95.

Pedicularis ferotina lutea. *mag. hort.* 154.

R H I N A N T H U S.

Cal. ventricosus. *cor.* personata. *capsf.* obtusa compressa.

Herba. inflor. fol. & fulc. indeterminata. *bractææ* foliis latiores.

1. RHINANTHUS calycibus hirsuto-tomentosis, fo- *Trixago.*
liis oppositis obtusè ferratis. *h. m.* 296.

Anthirinum album ferrato folio. *mag. Bot.* 23.

Pedicularis maritima folio oblongo ferrato. *mag. hort.* 154.

2. RHINANTHUS corollarum labio superiore com- *Crista galli.*
presso brevior. *h. m.* 296.

Pedicularis pratensis lutea, sive crista galli. *mag. Bot.* 200. *hort.* 154.

M E L A M P Y R U M.

Cal. tubulatus. *cor.* personata: labio superiore compresso margine replicato: *capsf.* 2-locularis compressa. *sem.* 2-gibba.

Herba. inflor. indeterminata. *bractææ* foliis latiores.

1. MELAMPYRUM (piciis conicis laxis laceris. *h. m.* *Arvensis.*
297. *Le blé de vache.*

Melampyrum purpurascente comâ. *mag. Bot.* 174.

Melampyrum multis, seu triticum vaccinum. *mag. hort.* 132.

- Pratense.* 2. MELAMPYRUM florum conjugationibus remotis, corollis clausis. *h. m.* 297.
Melampyrum luteum latifolium. *mag. Bot.* 302.
Melampyrum sylvaticum flore luteo, seu satureja lutea sylvestris. *mag. hort.* 132.
- Sylvaticum.* 3. MELAMPYRUM corollis hiantibus. *Linn. sp. pl.* 605.
Melampyrum floribus sparsis sessilibus binatis, foliis omnibus indivisis. *Hall. helv.* 627.
4. HABITAT in humidis à l'Esperou & Lamalou. Corollæ parvæ luteæ.
- Nemorosum.* 4. MELAMPYRUM bracteis cordato-lanceolatis: summis sterilibus coloratis, calycibus lanatis. *Linn. sp. pl.* 605.
Melampyrum cristatum flore albo & purpureo. *Tour.* 173.
HABITAT in sylvis à Lamalou.
- Cristatum.* 5. MELAMPYRUM spicis quadrangularibus compactis obtusis imbricatis. *Linn. sp. pl.* 605.
HABITAT à la Louzere, & cum prioribus.

*** CALYCIBUS 5-FIDIS.

S C R O P H U L A R I A.

Cor. subglobosa resupinata: fauce auctâ segmento labium mentiente.

Herba, 4-gona fistulosa. *fol.* opposita.

- Nodosa.* 1. SCROPHULARIA foliis cordatis basi transversis, caule obtusangulo. *h. m.* 303. *La grande scrophulaire commune.*
Scrophularia nodosa fetida. *mag. Bot.* 234. *hort.* 181.
* PHARM. *Scrophularia fetida* herba, radix, semina, unguentum. Vis antihæmorrhoidalis, antiscrophulosa, antiulcerosa, antiscabiosa, antiherpetica... radix ad drach. 1... folia applicata.
- Aquatica.* 2. SCROPHULARIA foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis lateralibus. *h. m.* 303. *La scrophulaire aquatique ou l'herbe du siege.*

Scrophularia aquatica major. *mag. Bot. 234. hort. 182.*

* PHARM. *Scrophularia aquatice* folia. Vis præcedentis, sed debilior. *Folia* sennam corrigunt anaticè ipsi mixta.

3. SCROPHULARIA foliis cordatis, pedunculis axillaribus solitariis dichotomis. *h. m. 304. Vernalis.*

Scrophularia flore luteo. *mag. hort. 182.*

4. SCROPHULARIA foliis pinnatis, racemo terminali nudo. *h. m. 304. Canina.*

Scrophularia ruta, canina dicta. *mag. Bot. 224. hort. 182.*

5. SCROPHULARIA foliis cordatis: summis alternis, pedunculis axillaribus bifloris. *h. m. 304. Peregrina.*

Scrophularia urticæ folio. *mag. Bot. 234. hort. 182.*

D I G I T A L I S.

Cal. 5-partitus. cor. campanulata 5-fida subtus ventricosa. stam. declinata.

Herba teres. inflor. racemosa secunda.

1. DIGITALIS foliolis calycinis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro. *h. m. 305. Purpurea.*

La digitale, ou gants de Notre-Dame.

Digitalis purpurea, folio aspero. *mag. hort. 70.*

* PHARM. *Digitalis* herba, flores, unguentum. Vis emetica, antiepileptica, extus antiscrophulosa., *herba à pug. 1. ad pug. 2. in decocto.*

2. DIGITALIS foliolis calycinis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido. *h. m. 305. Lutea.*

Digitalis major lutea seu pallida, parvo flore. *mag. Bot. 86. hort. 70.*

E R I N U S.

Cal. 5-phyllus. cor. limbo subæquali 5-fido: lobis emarginatis. labio superiore breviorè reflexo.

Herba. inflor. racemosa æqualis: flosculis sessilibus.

- Alpinus.* 1. ERINUS floribus racemosis. *h. m.* 307.
Mofchatellina cærulea. *mag. hort.* 138.

A N T H I R R I N U M.

Cal. 5-phyllus. *cor.* personata: basi deorsum prominente *nectarifera.*

Herba. *fol.* inflor. & *fulc.* indeterminata.

Obs. *Anthirrinum* inter Didynamas, & *veronica* inter Diandras irregulares eandem ex toto servant radicationem, caulescentiam, foliationem, inflorescentiam, & fulcra eadem. Nimirum species aliæ *radicibus* gaudent horizontalibus, aliæ perpendicularibus; *caule* repente aut erecto; *foliis* oppositis, ternis, quaternis, alternis aut sparsis; & gerunt flores solitarios, aut racemosos, aut spicatos, & fulcra diversa.

* *Foliis angulatis.*

- Asarina.* 1. ANTHIRRINUM foliis crenatis cordatis oppositis. *h. m.* 299.
Anthirrinum faxatile repens hederæ terrestris folio. *mag. hort.* 19.
- Cymbalaria.* 2. ANTHIRRINUM foliis alternis cordatis quinquelobis. *h. m.* 299.
Linaria hederaceo folio, seu cymbalaria. *mag. hort.* 120.
- Elatine.* 3. ANTHIRRINUM foliis alternis hastatis, caule flaccido. *h. m.* 299. *La velvete.*
Elatine folio acuminato, flore cæruleo. *mag. Bot.* 89.
Linaria segetum nummulariæ folio aurito & villoso. *mag. hort.* 120.
- Spurium.* 4. ANTHIRRINUM foliis ovatis alternis, caulibus procumbentibus, corollis calcaratis. *h. m.* 300.
La velvete femelle.
Elatine folio subrotundo. *mag. Bot.* 88.
Linaria elatine dicta folio subrotundo. *mag. hort.* 120.

** *Foliis oppositis.*

5. ANTHRIRINUM foliis carnofis glabris , inferioribus quaternis , caule erecto paniculato , floribus fpicato : capitatis. *b. m. 300.* *Bipunctatum.*
6. ANTHRIRINUM foliis fublinearibus , inferioribus verticillatis , calycibus pilofis-vifcidis , floribus fpicatis , caule erecto. *b. m. 300.* *Arvenfe.*
- β. *Linaria lutea parva annua. mag. Bot. 159. hort. 120.*
7. ANTHRIRINUM foliis caulinis lanceolato-linearibus fparsis , radicalibus rotundis ternis. *b. m. 120.* *Peliferica num.*
- Linaria annua purpuro-violacea , calcaribus longis , foliis imis rotundioribus. mag. Bot. 159. icon. 158. hort. 119.*
8. ANTHRIRINUM foliis oppofitis ovato-lanceolatis , fummis alternis , floribus laxè racemofis. *b. m. 301.* *Origanifolium.*
- Anthirrinum faxatile ferpylli folio. mag. Bot. 25. icon. 24.*
- Linaria faxatilis ferpyllifolia. mag. hort. 120.*
9. ANTHRIRINUM foliis lanceolato-linearibus oppofitis : fummis alternis , corollis ecaudatis , calycibus corollâ longioribus. *Orontium.*
- Anthirrinum corollis ecaudatis , calycibus corollâ longioribus. b. m. 302.*
- Anthirrinum arvenfe majus. mag. Bot. 23. hort. 19.*

*** *Foliis alternis.*

10. ANTHRIRINUM foliis linearibus acuminatis alternis , floribus racemofis , caule diffufo. *b. m. 301.* *Supinum.*
- Linaria pumila fupina lutea. mag. Bot. 159. hort. 120.*
- OBS. Non folùm in faxofis montis Lupi & montis *Capouladou* oritur , ut notat *Magnolius* , fed & in herbidis juxta fluvium *Herau* , in defcenfu ipfius montis , & à *la Scambrettes* , ubi variat

foliis omnibus inferioribus quaternis, calycibusque piloso-hispidis, & ex toto *ant. arvensis* faciem induit. Flores lutei magni odoratissimi.

- Linaria.* 11. ANTHIRRINUM foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis sessilibus terminalibus, floribus imbricatis. *h. m.* 301.

Linaria vulgaris lutea flore majore. mag. hort. 120.

* PHARM. *Linaria* herba, *aqua stillatitia*, *unguentum*. Extus vis anodina, antihæmorrhoidalis, antiulcerosa, antiophelica. Intus aperiens, incidens, antiicterica, diuretica †, antihydrica, eccoprotica. . *aqua stillatitia* ab unc. IV ad unc. VI.

- Monspessulanum.* 12. ANTHIRRINUM foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunculis spicatis nudis. *h. m.* 301.

Linaria odorata monspessulana. mag. Bot. 157. *hort.* 119.

- Minus.* 13. ANTHIRRINUM foliis lanceolatis obtusis alternis, caule ramosissimo diffuso. *h. m.* 301.

Anthirrinum arvense minus. mag. Bot. 23.

Linaria pumila vulgarior arvensis. mag. hort. 120.

*** *Corollis ecaudatis hiantibus, foliis alternis.*

- Majus.* 14. ANTHIRRINUM corollis ecaudatis, calycibus rotundatis. *h. m.* 302. *Le musle de veau.*

Anthirrinum majus flore roseo. mag. Bot. 23. *hort.* 18.

- Bellidifolium.* 15. ANTHIRRINUM foliis imis spathulatis, summis digitatis. *h. m.* 302.

Linaria aliquatenus similis folio bellidis. mag. hort. 120.

P E D I C U L A R I S.

Cal. 5-fidus. *cor.* personata. *caps.* mucronata obliqua. *sem.* tunicata.

Herba. fol. composita, pinnata, bipinnata.

1. PEDICULARIS caule ramofo, calycibus angulatis obtufis. *h. m.* 298. *Sylvatica.*
2. PEDICULARIS caule fubramofo, corollis galeâ roftrato-acuminatis, calycibus fubhifutis. *h. m.* 298. *Roftrata.*
3. PEDICULARIS caule fimplici, foliis quaternis. *h. m.* 298. *Verticillata.*
4. PEDICULARIS caule fimplici, calycibus crenatis, corollis galeâ roftrato-uncinatis. *h. m.* 298. *Tuberofa.*
 Pedicularis alpina afphodeli radice, flore purpurafcente. *mag. hort.* 154.

L I N N Æ A.

Cal. duplex : *floris* 5-partitus fuperus : *fructus* diphyllus. *bacc.* 2-fperma ficca. *cor.* campanulata.

Herba repens. *in flor.* terminalis geminata : *flofculis* duobus pedicello proprio innixis.

1. LINNÆA floribus geminatis. *h. m.* 307. *La lin-née.* *Borealis.*
- * PHARM. *Linnae* herba. Vis diluens, diuretica, anodina, in rheumatifmo fpecifica, ex *Linnaei* epiftola ad me fcripta.

V I T E X.

Cal. 5-dentatus. *cor.* limbus 6-fidus. *bacca*, 4-fperma.

Arbor. *fol.* oppofita compofita digitata.

1. VITEX. *h. m.* 309. *Le faux poivrier.* *Agnus caftus.*
 Agnus caftus flore exalbido aut cæruleo. *mag. hort.* 7.

DIADELPHIA

HEXANDRIA.

FUMARIA.

Cal. foliolis 2-lateralibus oppositis. *cor.* ringens: *filamenta* 2-membranacea *fin-* gula antheris 3.

Herba. fol. sparsa composita pinnata.

* *Floribus unicalcaratis.*

- Bulbosa.* 1. FUMARIA caule simplici, bracteis longitudine
florum. *h. m.* 353.
Fumaria bulbosa radice cavâ major. *mag. Bot.*
296. *hort.* 82.
β. Fumaria bulbosa radice non cavâ major. *mag.*
hort. 82.
- Officinalis.* 2. FUMARIA pericarpis monospermis racemosis,
caule diffuso. *h. m.* 353. *La fumeterre.*
Fumaria officinarum. *mag. Bot.* 100. *hort.* 82. &
floribus dilutè, purpureis. *ibid.*
* PHARM. *Fumariae* herba, succus, conserva, ex-
tractum. Vis incidens, aperiens, pellens, vis-
ceralis, roborans, anticachectica, antihypocho-
ndriaca, antimelancholica, antiauriginosa, anti-
scabiosa †. *Succus* ab unc. III ad unc. VI. *con-*
serva ad usque unc. II. *extractum* à drach. II.
ad drach. I.
- Spicata.* 3. FUMARIA pericarpis monospermis spicatis, cau-
le erecto, foliolis filiformibus. *h. m.* 354.
Fumaria minor, seu nobilis monspeliaca. *mag.*
Bot. 101.
Fumaria minor tenuifolia, seu nobilis monspelia-
ca. *mag. hort.* 82.
β. Fumaria foliis tenuissimis, floribus albis circa
Monspelium nascens. *Bauh. pin.*

Fumaria tenuissimis foliis, flore albo. *mag. Bot.*
101. *hort.* 82.

4. FUMARIA pericarpis racemosis monospermis, *Capreolata*
foliis scandentibus subcirrhosis. *h. m.* 354.
Fumaria viticulis & capreolis plantis vicinis adhærens. *mag. Bot.* 101. *hort.* 82.
5. FUMARIA filiquis linearibus, foliis cirrhiferis. *Claviculata.*
h. m. 354.
- HABITAT in sterilibus saxosis, ericetis, & ilicetis
au-delà de Pezenas.

DIADELPHIA

DECANDRIA

TRIFOLIUM.

18. TRIFOLIUM corollis monopetalis, spicis villosis longis, caule erecto, foliis ferrulatis. *h. m.*
389.
Rubens;
Trifolium montanum spicâ longissimâ rubente.
mag. Bot. 261. *hort.* 198.
19. TRIFOLIUM corollis monopetalis, spicis subvillosis, cinctis bracteis oppositis membranaceis. *Pratense;*
h. m. 390.
Trifolium pratense purpureum. *mag. Bot.* 261.
hort. 198.
20. TRIFOLIUM spicis villosis ovalibus, dentibus calycinis fetaceis æqualibus. *h. m.* 390. *Lagopus;*
La patte de lievre. *arvense.*
Trifolium arvense humile spicatum, sive lagopus. *mag. Bot.* 262. *hort.* 198.
21. TRIFOLIUM capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule repente. *h. m.* 388. *Repens;*
Trifolium pratense album. *mag. Bot.* 261. *hort.*
198.
22. TRIFOLIUM capitulis sessilibus globosis hirsutis, calycibus inflatis reflexis. *h. m.* 392. *Tomentosum;*
Trifolium fragiferum tomentosum, *mag. Bot.* 265,
icon. 264. *hort.* 199.

G Y N A N D R I A

H E X A N D R I A.

A R I S T O L O C H I A.

Hexagyna. cal. o. cor. ligulata integra. caps. infera 6-locularis.

Herba flexuosa angulata. rad. tuberosa solida stolonifera.

- Pistlochia.* 1. ARISTOLOCHIA foliis cordatis crenulatis petiolatis, floribus solitariis. *h. m.* 476. foliis subtus reticulatis.
 Aristolochia pistlochia dicta. *mag. Bot. 28. hort. 22.*
- Atropurpurea.* β. Pistlochia dicta flore nigro. *mag. hort. 22.*
 HABITAT reverà β in umbrosis montis Capouladou, & in sylvula quadam ad dexteram ascendendo ad montem dictum *le puy de S. Loup.*
- Rotunda.* 2. ARISTOLOCHIA foliis cordatis subsessilibus obtusis, caule infirmo, floribus solitariis. *h. m.* 476.
 Aristolochia rotunda flore ex purpura nigro. *mag. Bot. 27. hort. 22.*
 β. Aristolochia rotunda flore ex albo purpurascente. *mag. Bot. 27. hort. 22.*
 * PHARM. *Aristolochia rotunda* radix. Vis emmenagoga, abortiva, diuretica, resolvens, calefaciens, abstergens, *in substantia* à drach. ff. ad drach. ii. in infuso ad usque unc. ff.
- Longa.* 3. ARISTOLOCHIA foliis cordatis petiolatis integerrimis obtusiusculis, caule infirmo, floribus solitariis. *h. m.* 477. *L'aristolochie longue.*
 Aristolochia longa vera. *mag. Bot. 28. hort. 22.*
 * PHARM. *Aristolochia longa* radix. Vis præcedentis.
- Clematidis.* 4. ARISTOLOCHIA foliis cordatis, caule erecto, floribus axillaribus confertis. *h. m.* 477.
 Aristolochia clematidis recta. *mag. Bot. 28. hort. 22.*

* PHARM. *Aristolochia vulgaris* radix, preceden-
tis succedanea.

MONŒCIA

TETRANDRIA.

BETULA.

Masc. flores. cal. 1-phyllus 3-fidus,
3-florus. *cor.* 4-partita.

Arbor. inflor. amenta subterna pedun-
culata... gluten in tota arbore.

1. BETULA pedunculis ramosis. *h. m.* 483.

Alnus.

Alnus rotundifolia glutinosa viridis. *mag. Bot.* 11.
hort. 10.

* PHARM. *Alni* folia, cortex, juli, flores fruc-
tus. Vis adstringens, resolvens, antiphlogistica,
gargarismica.



Classis III.

DIPETALI
REGULARES.
MONANDRIA

* DIGYNIA.

CORISPERMUM.

CALLITRICHE. 1.

DIANDRIA

* MONOGYNIA.

CIRCÆA.

* DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

MONŒCIA

* MONANDRIA.

CALLITRICHE. 2.. uterque sexus.

* TRIANDRIA.

ZEA.. uterque sexus.

* TETRANDRIA.

BUXUS. maf... (*femina tripetala.*)

DIPETALI REGULARES.

MONANDRIA DIGYNIA.

CORISPERMUM.

Cal. o. *sem.* 1, orbiculatum compressum.
Herba. *fol.* alterna. *in flor.* solitaria sessilis.

1. CORISPERMUM foliis lanceolato-linearibus integerrimis, floribus lateralibus. *b. m.* 3.

Hyssopifolium.

CALLITRICHE.

Cal. o. *caps.* 2-locularis 4-sperma.
Herba immerfa & emerfa. *fol.* immerfa distans; *emerfa* natans & veluti in rosam approximata.

2. CALLITRICHE floribus hermaphroditis. *b. m.* 4.
Corispermum foliis oppositis. *Sauv.* 127.

Autumnalis.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

CIRCEA.

Cal. 2-phyllus, superus. *cor.* 2-petala obcordata. *sem.* 1, 2-loculare hispidum.

VIO D I P E T A L I

Herba. fol. opposita petiolata. inflor. racemosa.

Lutetiana. 1. CIRCÆA caule erecto, racemis pluribus. *h. m.* 9. *La circée.*

Circæa lutetiana. mag. hort. 56.

* PHARM. *Circæa herba.* Extus vis anodina, resolvens, antihæmorrhoidalis.

OBS. HABITAT copiosissimè secus amnem à *La-malou.*

D I A N D R I A

D I G Y N I A.

A N T H O X A N T H U M.

Cal. gluma, 2-valvis, 1-flora. cor. gluma, 2-valvis, aristata.

Herba (gramen) inflor. spicata terminalis.

Odoratum. 1. ANTHOXANTHUM spicâ ovato-oblongâ, flosculis subpedunculatis aristâ longioribus. *h. m.* 20.

M O N Œ C I A

M O N A N D R I A.

C A L L I T R I C H E.

Cal. caps. caul. & fol. Vide ejusdem classicos Monand. digyniam masc. & feminei flores ut suprâ.

Verna. 1. CALLITRICHE floribus androgynis. *h. m.* 14. *Lenticula palustris bifolia fructu tetragono. mag. Bot. 300.*

MONŒCIA

TRIANDRIA.

ZEA.

Maf. cal. gluma 2-flora mutica. cor. gluma mutica.

Fem. cal. & cor. maris. styl. 1, filiformis pendulus. fem. solitaria receptaculo oblongo immerfa.

Herba (gramen) inflor. maf. panicula terminalis. fem. spica cylindrica infra mafculos, folio involuta.

z. ZEA. h. m. 481. *Le blé de Turquie.*

Mays.

Mays acoftæ. mag. hort. 132. granis cæruleis. *ibid.*
& rubris. *ibid.*

MONŒCIA

TETRANDRIA.

BUXUS.

Maf. cal. 3-phyllus. rudimentum *germinis.*

Subarbor. fol. integerrima opposita dura. inflor. flosculis masculis & femineis fimul, glomeratis.

z. BUXUS. h. m. 484. *Le buis.* mag. Bot. 44. hort. 37.

Arborescens.

* PHARM. *Buxi* lignum oleum empyreumaticum. *Vis ligni* sudorifera mundificans. *Olei* anodina, antiepileptica, antihysterica, datur à gutt. x ad gutt. xx.

Classis IV^a.

DIPETALI

IRREGULARES.

TRIANDRIA.

* MONOGYNIA.

NARDUS.

* DIGYNIA.

A. CALYCES UNIFLORI.

PANICUM.

PHALARIS.

PHLEUM.

MILIUM.

AGROSTIS.

DACTYLIS.

STIPA.

LAGURUS.

ARUNDO.

B. CALYCES 2-FLORI.

AIRA.

MELICA.

D. CALYCES MULTIFLORI.

POA.

BRIZA.

FESTUCA.

BROMUS.

AVEÑA.

ARUNDO. 3. 4.

E. CALYCES

E. CALYCES MULTIFLORI INSIDENTES RECEPTACULI ELONGATI DENTIBUS.

CYNOSURUS.

LOLIUM.

ELYMUS.

TRITICUM.

HORDEUM. 1.

P O L Y G A M I A

* M O N Œ C I A.

AVENA. 7. masc. & hermaph.


HORDEUM. masc. & hermaph.

HOLCUS. hermaph... (masc. apetalis).

ANDROPOGON.. masc. & hermaph.

CENCHRUS.. masc. & hermaph.

ÆGYLOPS.. masc. & hermaph.



DIPETALI

IRREGULARES.

TRIANDRIA

MONOGYNIA.

NARDUS.

Cal. 0. *sem.* tetrum. *herba* (gramen) *in-*
flor. spicata.

OBS. Assignent alii notam secundariam essentialem quâ dif-
ferant inter se plantæ *gramina* dictæ.

Strilia. 1. NARDUS spicâ secundâ lineari rectâ compactâ.
h. m. 32.

Aristatus. 2. NARDUS spicâ incurvâ æquali, glumâ calycinâ
exteriore aristato-acuminatâ longissimâ, floribus
distantibus alternis. *h. m.* 33.

Gramen spartheum monspeliacum, sive capillaceo
folio minimum. *mag. Bot.* 119. *hort.* 92.

TRIANDRIA

DIGYNIA.

* CALYCIBUS UNIFLORIS.

PANICUM.

Cal. 3-valvis: tertiâ minore dorsali.

Herba (gramen) *in*flor. paniculata, aut
spicata.

* *Floribus spicatis.*

1. PANICUM spicâ compositâ , spiculis conglomeratis setis immixtis , pedunculo hirsuto. *h. m.* 34. *Italicum.*
Le panis.
 Panicum italicum , five panicula majore, *mag. Bot.* 197. *hort.* 152.
2. PANICUM spicis alternis conjugatisque , spiculis subdivisis , glumis aristatis. *h. m.* 34. *Crus galli.*
 Gramen paniceum spicâ divisâ , aristis longis armatâ. *mag. Bot.* 116. *hort.* 91.
3. PANICUM spicis aggregatis , basi interiore nodosis , flosculis geminis muticis , vaginis foliorum punctatis. *h. m.* 35. *Sanguinale.*
 Gramen dactylon folio latiore. *mag. Bot.* 112. *hort.* 90.
4. PANICUM spicâ tereti , involucellis bifloris , fasciculato pilosis , seminibus nervosis. *Linn. sist. nat. Gouan. h. m. app.* 545. *glaucum.* *Viride.*
 Gramen paniceum spicâ simplici. *mag. Bot.* 116. *hort.* 91.
5. PANICUM spicâ verticillatâ , racemulis quaternis , involucellis unifloris bifetis , culmis diffusis. *Verticillatum.*
Linn. sp. pl. edit. 2^a. 82.
 Gramen paniceum spicâ asperâ. *mag. Bot.* 116.
 Panicum vulgare spicâ simplici & asperâ. *Tour.* 515.

** *Paniculata.*

6. PANICUM spicis digitatis patentibus : basi interiore villosis , floribus solitariis , sarmentis repantibus. *h. m.* 35. *Dactylon.*
 Gramen legitimum Clusii. *mag. Bot.* 111. *hort.* 90.
7. PANICUM paniculâ laxâ flaccidâ , foliorum vaginis pubescentibus. *h. m.* 35. *Le millet.* *Miliaceum.*
 Milium semine luteo & albo. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136. & nigro. *ibid.*

P H A L A R I S.

Cal. 2-valvis : valvulis carinatis æqualibus *corollam* includentibus.

Herba. (gramen) *in flor.* paniculâ coarctatâ : spiculis (si in arcum flectatur) radiatis.

- Utriculata.* 1. PHALARIS paniculâ spicatâ, petalis aristâ articulatâ, vaginâ supremi folii spathæformi. *h. m. app.* 545.
Gramen pratense spicâ purpureâ ex utriculo prodeunte. *mag. Bot.*
- Canariensis.* 2. PHALARIS paniculâ subovatâ spiciformi, glumis carinatis. *h. m.* 33. *La graine de canari.*
Phalaris major semine nigro & albo. *mag. Bot.* 202. *hort.* 158.
- Phleoïdes.* 3. PHALARIS paniculâ cylindricâ spiciformi. *h. m.* 33.
Gramen typhoïdes asperum primum. *mag. Bot.* 114. *hort.* 91.
- Arundinacea.* 4. PHALARIS paniculâ oblongâ ramosissimâ ventricosâ. *h. m.* 34.
6. THLASPI filiculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *h. m.* 317. *La boursette, le tabouret.* *Bursa pastoris.*

Bursa pastoris major folio sinuato. *mag. Bot.* 43.
hort. 36.

* PHARM. *Bursa pastoris* herba. Extus & intus, vis vulneraria, refrigerans, adstringens; anti-diarrhoïca, antigonorrhœica, ischæma, anti-hæmaturica, antimenorrhagica... *folia recentia* ad man. i... *succus* depuratus ab unc. iv. ad unc. vi.. *folia sicca* pulverata ad drach. i.

C O C H L E A R I A.

Silic. cordata emarginata turgida scabra:
valvulis gibbis obtusis.

Herba, & *fol.* incerta.

Draba. 1. COCHLEARIA foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis. *b. m.* 318. *Autre passerege.*

Draba umbellata vel *draba major* capitulis donata. *mag. Bot.* 86.

Lepidium humile incanum arvense. *mag. hort.* 115.

Coronopus. 2. COCHLEARIA foliis pinnatifidis, caule prostrato. *b. m.* 318. *La corne de cerf.*

Coronopus Ruellii, sive *nasturtium verrucosum.* *mag. Bot.* 80.

Nasturtium sylvestre capsulis cristatis. *mag. hort.* 143.

Armoracia. 3. COCHLEARIA foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis incis. *b. m.* 318. *Le grand raifort sauvage.*

Cochlearia folio cubitali. *mag. hort.* 60.

* PHARM. *Armoracia* seu *raphani rusticani* radix, syrupus, aqua stillatitia, vis antiscorbutica, diuretica! antihydopica, antirheumatismalis, anticalculosa, pectoralis, antiraucedinosa, orexica. *Radix* ab unc. i. pro qualibet pinta... aqua ad unc. iv.

A L Y S S U M.

Silic. emarginata : *filamenta* quaedam introrsum denticulo notata.

Suffruticulus & *herba. fol.* scabra simplex.

1. ALYSSUM ramis senilibus spiniformibus nudis. *Spinosum.*
b. m. 320.
Thlaspi fruticosum spinosum narbonense. *mag. Bot.* 251, *hort.* 194.
2. ALYSSUM caule erecto herbaceo, filiculis subsessilibus ovalibus compresso-planis, petalis acuminatis. *b. m.* 320.
Lunaria leucoidii folio, siliquâ oblongâ majori. *mag. hort.* 123.
3. ALYSSUM staminibus quatuor dentatis, duobus squamâ longitudinali, calycibus persistentibus. *Calycinum.*
b. m. 321.
4. Alysson incanum serpyllifolio minus. *Tour.* 217.
4. ALYSSUM staminibus terminalibus setis interpositis. *b. m.* 321.
Thlaspi alyssum dictum campestre minus. *mag. Bot.* 251. *hort.* 194.
5. Thlaspi alyssum dictum minus, capsulis majoribus rotundis non foliatis. *mag. Bot.* 251.
Alysson incanum serpyllifolio fructu nudo. *Tour.* 217.
- Thlaspi alysson dictum minus, capsulis rotundis non foliatis. *mag. Bot.* 251. *absque synonymia Baubini.*

C L Y P E O L A.

Silic. orbiculata, emarginata, integra, compresso-plana decidua.

Herba rigida. *fol.* integerrima scabriuscula.

162 T E T R A P E T A L I

- Jonthlaspi.* 1. CLYPEOLA filiculis unilocularibus monospermis.
h. m. 322.
 Thlaspi clypeatum serpyllifolio. *mag. Bot.* 252.
 Lunaria minima serpyllifolia. *mag. hort.* 124.
- Maritima.* 2. CLYPEOLA perennis, filiculis bilocularibus ovatis dispermis. *h. m.* 322.
 Thlaspi narbonense centunculi angusto folio. *mag. Bot.* 251.

B I S C U T E L L A.

Silic. compresso-plana rotundata, supra infraque 2-loba margine carinato. *cal.* foliola basi gibba.

Herba rigida. *fol.* scabra. *inflor.* paniculae ramis divaricatis.

- Didyma.* 1. BISCUTELLA filiculis orbiculato-didymis à stylo divergentibus. *h. m.* 322. *La lunetiere.*
 Thlaspi parvum hieracifolium, sive lunaria lutea monspeliaca. *mag. Bot.* 252.
 Lunaria lutea Dalechampii. *mag. hort.* 24.

T E T R A D Y N A M I A

S I L I Q U O S Æ.

D E N T A R I A.

Siliq. elasticè diffiliens: valvulis revolutis: *stigma* emarginatum. *cal.* longitudinaliter connivens.

Herba simplicissima. *fol.* digitata.

- Pentaphyllos* 1. DENTARIA foliis summis digitatis. *h. m.* 323.
La dentaire.
 Dentaria heptaphyllos & pentaphyllos. *mag. hort.* 61.

CARDAMINE.

Siliq. linearis subcylindrica : valvulis elasticè diffilientibus revolutis. *stigm.* integrum. *cal.* subhians.

Herba debilis. *fol.* composita pinnata.

1. CARDAMINE foliis radicalibus pinnatis, foliolis subrotundis, caulinis linearibus. *Linn. sist. nat.* 1131. *h. m.* 324. *Pratensis.*
Cardamine pratensis magno flore. *Tour.* 224.
2. CARDAMINE foliis pinnatis exstipulatis, foliolis obtusis lanceolatis, floribus corollatis. *Linn. sist.* 1131. *h. m.* 324. β . *Parviflora.*
Nasturtium pratense parvo flore. *mag. Bot.* 183.
Cardamine pratensis parvo flore. *Tour.* 224.
3. CARDAMINE foliis pinnatis, axillis stoloniferis. *Amara.*
h. m. 324.
Cardamine, sive *nasturtium aquaticum* majus & elatius. *mag. hort.* 43.
4. CARDAMINE foliis inferioribus ovatis integris, intermediis ternatis, summis pinnatis. *h. m.* 325. *Resedifolia.*

SISYMBRIUM.

Siliq. dehiscens : valvulis rectis. *cal.* & *cor.* patens.

Herba debilis. *inflor.* *fol.* incerta.

* *Siliquis declinatis brevibus.*

1. SISYMBRIUM siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. *h. m.* 325. *Le cresson d'eau.* *Nasturtium.*
Nasturtium aquaticum supinum. *mag. Bot.* 183.
- * PHARM. *Nasturtii aquatici* herba, succus, syrupus. Vis diuretica, deobstruens, antiscorbutica, pectoralis, lacti subincocta. *herba* ad manip. i. in jusculo... *aqua* ab unc. iv, ad viii. *syrupus* ab unc. ff. ad. i.

- Sylvestre.* 2. SISYMBRIUM filiquis declinatis, foliis pinnatis; foliolis lanceolatis ferratis. *h. m.* 325. *allion. pedem. tab.* 7.
- Obs. Variat foliolis summis linearibus integerrimis.
- Amphibium.* 3. SISYMBRIUM filiquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ferratis. *h. m.* 325.
- Aquaticum.* β. Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias divis. *mag. Bot.* 219. *cardamine. mag. hort.* 43.
- Tenuifolium.* 4. SISYMBRIUM foliis integerrimis, bipinnatifidis; summis integris. *Linn. sist.* 1132. *cent.* 50. *La roquette sauvage.*
- Eruca tenuifolia perennis luteo flore. mag. Bot.* 91. *hort.* 74.
- Sinapi erucae folio. Bauh. pin.* 99.
- HABITAT copiosè circa urbem, in muris antiquis, & locis sterilibus.

* *Siliquis axillaribus sessilibus.*

- Polyceratum.* 5. SISYMBRIUM filiquis axillaribus subulatis aggregatis, foliis repando-dentatis. *h. m.* 326.
- Erysimum polyceration, sive corniculatum. mag. Bot.* 92. *hort.* 75.
- Murale.* 6. SISYMBRIUM foliis lyratis denticulatis, filiquis sessilibus. *h. m.* 326.
- Eruca sylvestris minor lutea burfæ pastoris folio. mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

* *Foliis bipinnatis.*

- Asperum.* 7. SISYMBRIUM filiquis scabris, foliis pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis subdentatis, corollis calyce longioribus. *h. m.* 326.
- Sisymbrium monspessulanum filiquâ hirsutâ asperâ. mag. Bot.* 242.
- Sinapi monspessulanum filiquâ asperâ hirsutâ. mag. hort.* 184.
- Lrio.* 8. SISYMBRIUM foliis pinnato-hastatis: extimo hastato. *h. m.* 326.
- Erysimum latifolium majus glabrum. mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

E R Y S I M U M .

Siliq. columnaris exactè tetraëdra. *cal.*
connivens.

Herba debilis. *fol.* incerta.

1. ERYSIMUM filiquis spicæ adpressis. *h. m.* 327. *Officinale.*
Le velar, ou tortelle.

Erysimum vulgare. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

* PHARM. *Erysimi* herba, syrupus. Vis incidens, expectorans, abstergens, antiasthmatica, anti-raucedinosa, antiischurica.. *herba* ad man. I. seu II. in infuso.. *syrupus* ad unc. I.

2. ERYSIMUM foliis lyratis, extimo subrotundo. *Barbarea.*
h. m. 327. *L'herbe de Sœ. Barbe.*

Eruca latifolia lutea, sive barbarea. *mag. Bot.* 98. *hort.* 74.

* PHARM. *Barbarea* herba, femina. Vis vulneraria, abstergens, antiscorbutica, diuretica.

3. ERYSIMUM foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 328. *Alliaria.*
L'alliaire, alliaria. *mag. Bot.* 8.

Hesperis allium redolens. *mag. hort.* 97.

* PHARM. *Alliaria* herba, succus. Vis diuretica, incidens, antiasthmatica, antiulcerosa, antigangrenodæa.

C H E I R A N T H U S .

Germen utrinque denticulo glanduloso.
cal. connivens foliolis 2 basi gibbis oppositis. *sem.* plana.

Suffruticulus & herba. *fol.* (*sæpius*)
mollis.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris, *Cheiri.*
ramis angulatis. *h. m.* 329. *Le violier jaune.*

Leucoium luteum vulgare. *mag. Bot.* 154.

* PHARM. *Cheiri* herba, flores, conferva, oleum, succus, femina. Vis anodina, antirheumatisma.

lis, nervina, antiapoplectica, pellens, uterina, subabortiva *ex Geoffr...* flores & folia ad man. l. in vini lib. i... *semina* à drach. i. ad drach. ii.

Incanus. 2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtusis incanis, siliquis apice truncatis compressis, caule suffruticoso. *h. m.* 329. *Le violier des jardins.*

Leucoium incanum majus. mag. hort. 115.

Annuus. 3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis subdentatis obtusis incanis, siliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *h. m.* 329.

Leucoium incanum minus. mag. hort. 115.

Triflis. 4. CHEIRANTHUS foliis linearibus subsinuatis, floribus sessilibus petalis undatis, caule suffruticoso. *h. m.* 329. *fruticulosus. n°.* 5.

Leucoium minus breviori folio, obsoleto flore.

Barr. icon. 999. *n°.* 2.

Sinuatus. 5. CHEIRANTHUS B. siliquis muricatis, foliis tomentosis, radicalibus subsinuatis. *Linn. sist. nat.* 1134.

Leucoium maritimum sinuato folio. pin. 201. *mag.*

Bot. 154. *hort.* 116.

HABITAT in toto tractu maritimo; à *Perauls*, *Maguelone*, *Cête*, *Agde*.

Siliquæ longæ cylindricæ tomentosæ crassæ, punctis prominulis scabræ.

Littoreus. 6. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis subdentatis subtomentosis subcarnosis, petalis emarginatis, siliquis tomentosis. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 925.

Leucoium maritimum angustifolium. mag. Bot. 154. *hort.* 116.

HABITAT cum priori & copiosè circa *Maguelone* & *Perauls*.

H E S P E R I S.

Petala obliquè flexa. *glandula* inter stam. breviora. è *siliqua* stricta. *stigm.* basi bifurcâ apice connivente. *calyx* clausus. *Herba* rigidiuscula. *fol.* simplex scabra.

1. HESPERIS caule ramosissimo diffuso, foliis lanceolatis ferratis scabris, siliquis fessilibus. *h. m.* 330. *Africana.*
 Hesperis sylvestris parvo flore. *mag. Bot.* 127. *hort.* 97.
2. HESPERIS caule erecto ramoso, foliis cordatis amplexicaulibus ferratis. *h. m.* 330. *Verna.*
 Draba filiquosa floribus violaceis. *mag. Bot.* 87.
 Leucoium maritimum latifolium alterum. *mag. hort.* 116.
 HABITAT in summo cacumine montis Lupi copiosè, & ibi nudicaulem sæpe observavimus, altitudinis sesquipalmaris aut etiam vix bipollicaris.
3. HESPERIS caule simplici erecto, foliis subhastatis dentatis, petalis obtusis. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 927. *Inodora.*
 Hesperis sylvestris inodora. *Tour.* 222. & pannonica inodora. *Bauh. hist.* 2. 878.
 HABITAT copiosè à l'Esperou. Caulis cubitalis, rarè ramosus. Folia sæpe vix denticulata.

A R A B I S.

Glandulæ 4 nectariferæ intra foliola calycis, squamæ instar reflexæ. *stigma* simplex.

Herba scabra. *fol.* simplex scabra.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis. *h. m.* 331. *Alpina.*
 2. Draba alba filiquosa. *mag. Bot.* 87.
 Leucoium vernum perenne album. *mag. hort.* 116.
2. ARABIS foliis petiolatis lanceolatis subintegerrimis ciliatis. *h. m.* 331. *Thaliana.*
 Bursa pastoris similis filiquosa major. *mag. Bot.* 43.
 Turritis vulgaris ramosa. *mag. hort.* 201.
3. ARABIS foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus. *h. m.* 331. *Turritica.*
 Turritis vulgarior. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.
 Leucoium hesperidis folio. *mag. hort.* 117.

T U R R I T I S.

Siliq. longissima angulata. *cal.* connivens.
petala erecta.

Herba scabra simplicissima. *in flor.* racemo
coarctato longissimo, strictissimo.

- Hirsuta.* 1. TURRITIS foliis omnibus hispidis, caulinis am-
plexicaulibus. *h. m.* 331. *La tourrette.*
Turritis minor, barbarea muralis. *mag. Bot.* 272.
hort. 201.

B R A S S I C A.

Cal. connivens erectus. *sem.* globosa :
glandulae 2 inter stamina breviora &
pistillum ; 2 inter longiora & calycem.

Herba. fol. incerta.

NOTA. Ita affinis sequenti ac arabis hesperidi.

* *Stylo obtusifusculo.*

- Napus.* 1. BRASSICA radice caulescente fusiformi. 332. *Le
navet.*

Napus sativa. mag. Bot. 181. *hort.* 141.

* PHARM. *Napi radix*, succus, semina. *Vis radi-
cis* flatulenta, pectoralis, tussi inveteratae, phtysi,
asthmatis adversa, extus resolvens, anodina.
Seminum vis incidens, aperiens, diuretica, dia-
phoretica.

- Rapa.* 2. BRASSICA radice caulescente orbiculari depresso
carnosa. *h. m.* 332. *La rave.*

Rapum sylvestre non bulbosum. mag. Bot. 219.

Rapa sativa. mag. hort. 171. oblonga & rotunda.

* PHARM. *Rapae radix*, syrupus, semina. *Vis
flatulenta*, aphrodisiaca, pectoralis, asthmatis,
tussi contumaci, phtysi adversa, antiaphthosa ;
extus antitalgica, antipernionica.

- Oleracea.* 3. BRASSICA radice caulescente tereti carnosa. *h. m.*
333. *Le choti.*

Brassica & ejus varietates. *mag. hort.* 34.

* PHARM. *Brassica rubra* folia, succus, semina. Vis flatulenta, alkalescens, antiscorbutica, abstergens, pectoralis, tussi, raucedini, cephalalgiae crapulosæ adversa.

** *Erucae siliquis stylo ensiformi.*

4. BRASSICA foliis dentato-pinnatifidis, caule hispido, siliquis lævibus. *h. m.* 333. *Erucastrum.*

Eruca sylvestris major lutea, caule aspero. *Tour.* 227.

5. BRASSICA foliis lyratis, caule hirsuto, foliis glabris. *h. m.* 333. *La roquette.* *Eruca.*

Eruca latifolia sativa alba. *mag. hort.* 74.

* PHARM. *Eruca* herba, semina. Vis stomachica, diuretica, antiscorbutica, aphrodisiaca antiapoplectica, paralyfi linguæ adversa, attrahens, rubefaciens.

S I N A P I S.

Cal. horizontaliter patens. *cor.* ungues rectæ. *glandulæ* 2 inter stamina breviora & pistillum, interque longiora & calycem 2. *siliqua* dehiscens.

Herba scabra. *fol.* scabriuscula.

1. SINAPIS siliquis multangulis toroso turgidis rostro longioribus. *h. m.* 333. *La moutarde.* *Arvensis.*

Rapistrum flore luteo. *mag. Bot.* 219.

Sinapi arvense præcox semine nigro. *mag. hort.* 184.

2. SINAPIS siliquis tetragonis glabris. *h. m.* 333. *Nigra.*

Autre moutarde.

Sinapi siliquâ latiusculâ glabrâ, semine rufo, sive vulgare. *mag. Bot.* 241.

Sinapi rapi folio. *mag. hort.* 185.

* PHARM. *Sinapeos* semina, oleum, expressum. Vis diuretica, aphrodisiaca, antihydrica, antiparalytica, antisoporosa, sternutatoria, siagogoga, diaphoretica, stomachica, anticachectica, attrahens, subepispastica.

3. SINAPIS siliquis hispidis rostro obliquo longissimo. *h. m.* 334. *Alba.*

170 TETRAPETALI REGULARES.

Sinapi apii folio. *mag. hort.* 185.

* PHARM. *Sinapi albi* femina, oleum expressum.

Vis prioris succedanea.

R A P H A N U S.

Cal. clausus. *filiq.* torosa subarticulata teres. *glandulæ* melliferæ ut in prioribus.
Herba scabra. *fol.* pinnata scabra.

Sativus. 1. RAPHANUS siliquis teretibus toroso-bilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort. Le radi.*

Raphanus minor oblongus. *mag. hort.* 171.

β. Raphanus major orbicularis. *mag. hort.* 171.

γ. Raphanus niger. *mag. hort.* 171.

* PHARM. *Raphani* radix, succus, femina. Vis ructatrix, attenuans, diuretica, antiischurica, asthmatis convulsivo, raucedini adversa, subemetica.

Raphanistrum.

2. RAPHANUS siliquis teretibus articulatis lævibus, unilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort sauvage.*
Rapistrum flore albo, siliquâ articulatâ. *mag. Bot.* 219.

Raphanistrum flore albo striato, siliquâ articulatâ. *mag. hort.* 171.

B U N I A S.

Silicula tetraëdra, decidua, angulis inæqualibus acuminatis muricata.

Herba. fol. incerta, simplex.

Erucago. 1. BUNIAS siliquis tetragonis: angulis bicristatis. *h. m.* 335. *La masse au bedeau.*

Erucago monspeliaca siliquâ quadrangulâ echinatâ. *mag. Bot.* 91.

Erucago segetum. *mag. hort.* 75.

Cakile. 2. BUNIAS siliquis ovatis tetragono-ancipitibus, foliis pinnatifidis carnosis. *h. m.* 75.

Eruca maritima italica siliquâ hastæ cuspidi simili. *mag. Bot.* 92.

Erucago maritima. *mag. hort.* 74.

*Classis VII^a.***TETRAPETALI****IRREGULARES.***TETRANDRIA**DIGYNIA.*

HYPECOUM.

*DODECANDRIA**TRIGYNIA.*

EUPHORBIA.

TETRADYNAMIA.

IBERIS.

*DIADELPHIA**OCTANDRIA.*

POLYGALA.

*DIADELPHIA**DECANDRIA.*

SPARTIUM.

GENISTA.

ONONIS.

ANTHYLLIS.

LUPINUS.

ROBINIA.

COLUTEA.

PHASEOLUS.

PISUM.

OROBUS.

172 *TETRAPETALI IRREGULARES.*
LATHYRUS.
VICIA.
CICER.
ERVUM.
CYTISUS.
GLYCYRRHIZA.
CORONILLA.
ORNITHOPUS.
HYPOCREPIS.
SCORPIURUS.
HEDYSARUM.
ASTRAGALUS.
BISSERULA.
PSORALEA.
TRIFOLIUM.
LOTUS.
TRIGONELLA.
MEDICAGO.



TETRAPETALI IRREGULARES.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

HYPECOUM.

Cal. 2-phyllus. *petala* 2-oppofita exteriora latiora 3-fida. *filiq.* compressa articulata.

Herba. fol. glauca pinnata : foliolis incisis.

1. HYPECOUM filiquis arcuatis compressis. *h. m.* 74. *Procumbens*
 Hypocoium filiquosum. *mag. Bor.* 134.
 Hypocoium filiquis articulatis incurvis. *mag. hort.*
 101.
2. HYPECOUM filiquis cernuis teretibus cylindricis. *h. m.* 75. *Pendulus*

DODECANDRIA

TRIGYNIA.

EUPHORBIA.

Cal. 1-phyllus ventricofus. *petala* peltata. *capsf.* 3-cocca.

Herba. fol. sparsa simplex. *laetes.* alba glutinosa acris.

* *Dichotomæ*, umbellâ 2-fidâ aut nullâ.

- Chamæfyce.* 1. EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis subrotundis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.
Tithymalus exiguus glaber nummulariæ folio. *mag. hort.* 197.
Chamæfyce. *mag. Bot.* 62.
- Peplis.* 2. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.
Peplus maritima folio rubro & albo. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus maritimus folio obtuso aurito rubro & viridi. *mag. hort.* 197.
- Peplodes.* 3. EUPHORBIA cymosa, foliis integerrimis obliquè cordatis acuminatis, floribus axillaribus solitariis, germinibus ovatis acutis. Peplus minor. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus annuus supinus folio rotundiore acuminato. *Tour.* 87. *mag. hort.* 197.
HABITAT in arvis. *Caulis* vix palmaris erectus apice multifidus; *rami* patentes in cymam; *capsula* obsoletè trigonæ acutæ.

** *Umbellâ trifidâ.*

- Peplus.* 4. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis ovatis, foliis integerrimis obversè ovatis petiolatis. *h. m.* 232.
Peplus, sive esula rotunda. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus foliis rotundis non crenatis. *mag. hort.* 197.
OBS. A priori diversissima, caule, foliis, & præsertim capsulis trigonis obtusiusculis; angulis fulco exaratis.
- Exigua.* 5. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *h. m.* 232.
Tithymalus, sive esula exigua. *mag. Bot.* 306.
hort. 197.

- g. *Tithymalus exiguus saxatilis. mag. Bot. 259. icon. Retusa.*
 258.
Tithymalus angustifolius saxatilis. mag. hort. 197.

*** *Umbellâ quadrifidâ.*

6. EUPHORBIA umbellâ quadrifidâ , dichotomâ , *Lathyrus.*
 foliis oppositis integerrimis. *h. m. 252. L'épurga.*
Tithymalus cataputia dictus. mag. hort. 197.
 * PHARM. *Cataputia minoris* femina. Vis intus
 corrodens , draſtica , anginizans , tormina hy-
 percatharſim excitans ; extus antiverrucalis. Ro-
 buſtis femina à x-xx , exoleta , cauta .. *succus*
lacteus cum ſale tartari digeſtus inſpiſſatus ,
 ſcammonii ſmyrnenſis ſuccedaneus *ex Chomelio.*

**** *Umbellâ quinquefidâ.*

7. EUPHORBIA umbellâ quinquefidâ , bifidâ , in- *Dulcis.*
 volucellis ſubovatis , foliis lanceolatis obtuſis in-
 tegerrimis. *h. m. 232.*
Tithymalus montanus non acris. mag. Bot. 306.
 Obs. Folia euphorbiæ verrucoſæ ; capſulæ tuberculatæ.
 8. EUPHORBIA umbellâ ſub 5-fidâ , bifidâ , invo- *Paraliſis.*
 lucellis cordato-reniformibus , foliis ſurſum im-
 bricatis carnoſis. *h. m. 233.*
Tithymalus maritimus. mag. Bot. 255. hort. 196.
 9. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ , dichotomâ , invo- *Segetalis.*
 lucellis cordato-acutis , foliis lineari-lanceolatis ,
 ramis floriferis. *h. m. 233.*
Tithymalus amygdaloïdes anguſtifoſius. mag. Bot.
256.
 g. *Tithymalus lini folio acuto. mag. Bot. 86. hort.*
196.
 * PHARM. *Tithymali amygdaloïdis* radix. Præce-
 denti analoga. *Radix* in juſculo à *drach.* ſſ. ad
drach. i. adverſus febres intermittentes.
 10. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ , trifidâ , dichoto- *Helioſcopia.*
 mâ , involucellis obovatis , foliis cuneiformibus
 ferratis. *h. m. 233.*
Tithymalus helioſcopius. mag. Bot. 256. hort. 197.

176 T E T R A P E T A L I

- Serrata.* 11. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ , trifidâ , dichotomâ , involucellis diphyllis reniformibus , foliis amplexicaulibus cordatis ferratis. *h. m.* 233.
Tithymalus characias folio ferrato. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.
- Verrucosa.* 12. EUPHORBIA umbellâ quinquefidâ , subtrifidâ , bifidâ , involucellis ovatis , foliis lanceolatis ferrulatis villosis , capsulis verrucosis. *h. m.* 233.
Euphorbia , *stricta* , foliis lanceolatis ferrulatis glabris. *Linn. sist. nat.* 1049.
Tithymalus myrsinites fructu verrucæ simili. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.
- Platyphyllos* 13. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ , subquadridâ , dichotomâ , involucellis primariis tetraphyllis , foliis lanceolatis ferratis sessilibus. *h. m.* 233.
- Pilosa.* 14. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ , trifidâ , bifidâ , involucellis ovatis , petalis integris , foliis lanceolatis subpilosis apice ferrulatis. *h. m.* 234.
Tithymalus characias pratensis incanus. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

* * * * *Umbellâ multifidâ.*

- Esula.* 15. EUPHORBIA umbellâ multifidâ , dichotomâ , involucellis subcordatis , petalis subbicornibus , ramis sterilibus , foliis uniformibus. *h. m.* 234.
La grande esule.
Tithymalus foliis pini fortè Dioscoridis. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
Tithymalus lithospermi majoris folio. *mag. Bot.* 305. *hort.* 196.
* PHARM. *Esula majoris* radices cortex , semina , extractum. Vis subsequens.
- Cyparissias.* 16. EUPHORBIA umbellâ multifidâ , dichotomâ , involucellis subcordatis , ramis sterilibus , foliis fetaceis , caulinis lanceolatis. *h. m.* 234. *La petite esule.*
Tithymalus cyparissias. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
* PHARM. *Esula minoris* radices cortex , semina , extractum. Vis corrosiva , drastica , inflammatoria ; cortex correctus hydropicis , cachecticis , febribus

febribus intermittibus, quartanæ proficius.
Datur à *scrup.* 1 ad drach. 1, in substantia; ad
drach. 2. in infuso. *extractum* à *scrup.* 1. ad
drach. fl. *semina* n^o. x aut xii. robustis: exo-
levit: cautè usurpanda.

17. EUPHORBIA umbellâ suboctofidâ, bifidâ, involu-
cellis subovatis, foliis spathulatis patentibus
carnosis mucronatis, apice scabris. *h. m.* 234.
Tithymalus myrsinites latifolius. *mag. hort.* 196. *Myrsinites.*
18. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involu-
cellis petiolatis orbiculatis, foliis obtusis. *h. m.* 234.
Tithymalus characias amygdaloïdes. *mag. Bot.* 254.
hort. 196. *Amygdaloïdes.*
19. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involu-
cellis perfoliatis subcordatis, foliis lanceo-
latis integerrimis. *h. m.* 235. *Sylvatica.*
- Tithymalus characias rubens germanicus.* *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.
20. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, bifidâ, involu-
cellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis,
caule frutescente. *h. m.* 235. *Characias.*
- Tithymalus characias rubens peregrinus.* *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

TETRADYNAMIA.

I B E R I S.

Cal. 4-phyllus. *petala* 2 exteriora vicina
majora. *silicula* emarginata polysperma.

Herba. *fol.* incerta. *in flor.* racemoso-
corymbosa.

1. IBERIS foliis lanceolato-linearibus carnosis inte-
gerrimis ciliatis, ramulis senescentibus suffruticosis
apice nudiusculis. *Saxatilis.*
- Thlaspi saxatile vermiculato folio acuto.* *Bauh. pin.*
107. *Tour.* 213. M

HABITAT in saxosis, *au mont S. Loup*, & circa *Lamalou, Fougeres*. Vix 2-pollicaris. Ramuli diffusi. Siliculæ suborbiculatæ magnæ emarginatæ.

- Umbellata.* 2. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis, inferioribus ferratis, superioribus integerrimis. *h. m.* 319.
Thlaspi umbellatum creticum iberidis folio. *mag. hort.* 194.
- Amara.* 3. IBERIS foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus racemosis. *h. m.* 319.
Thlaspi umbellatum arvense iberidis folio. *mag. app.* 305. *hort.* 194.
- Nudicaulis.* 4. IBERIS foliis sinuatis, scapo nudo simplici. *h. m.* 319.
Burfa pastoris minor foliis incisis. *mag. Bot.* 43. *hort.* 37.
- Pinnata.* 5. IBERIS foliis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 319.
Thlaspi alterum umbellatum nasturtii folio monspeliacum. *mag. Bot.* 250. *hort.* 194.

DIADELPHIA

OCTANDRIA

POLYGALA

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alæformibus coloratis. *legum.* obcordatum biloculare.

Herba. fol. sparsa integerrima. *in flor.* racemosa terminalis.

- Vulgaris.* 1. POLYGALA floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis linearibus lanceolatis. *h. m.* 355.
Polygala major. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
β. Polygala vulgaris. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
γ. Polygala vulgaris flore albo. *mag. hort.* 162.
* PHARM. *Polygala herba*, Vis resolvens, expec-

torans, antipleurítica, antiperipneumonica, & polygalæ virginianæ (quæ in phlogosi membranacea specifica est ex *Linnaeo*) succedanea, sed debilior. Datur pro potu ordinario pleuriticis, peripneumonicis polygalæ manipulus cum radicis althææ *unc. fl.* & liquiritiæ *drach. ii*, in aquæ ferventis pinta læviter infusus.

2. POLYGALA floribus cristatis racemosis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus acutis. *h. m.* 355. *Monspeliaca.*

Polygala acutioribus foliis monspeliaca. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.

3. Polygala annua erecta angustifolia, floribus coloris obsoleti, carneis lineis virgatis. *mag. Bot.* 208. *hort.* 162.

4. Polygala floribus purpurascens monspeliaca. *mag. hort.* 162.

5. Polygala floribus cæruleis. *mag. hort.* 162.

DIADELPHIA

DECANDRIA

SPARTIUM.

Stigma longitudinale, supra villosum. *filamenta* adhærentia carinæ & germi. *cal.* deorsum prominens.

Frutex. fol. inflor. & fulc. incerta.

* *Foliis simplicibus.*

1. SPARTIUM ramis oppositis teretibus apice floriferis, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Le genêt d'Espagne.* *Juncum.*

Genista juncea. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.

* PHARM. *Genistæ hispanicæ* folia, rami, summitates, cineres. Vis genistæ vulgaris.

2. SPARTIUM ramis angulatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Monspeliaca.*

- Scorpius.* 3. SPARTIUM ramis spinosis patentibus, foliis ovatis. *h. m.* 355. *Le genêt épineux.*,
Genista-spartium majus spinosum, flore luteo.
mag. Bot. 106. *hort.* 84.

** *Foliis ternatis.*

- Complicatum.* 4. SPARTIUM foliis ternatis, foliolis involutis, caulibus inermibus glabris, leguminibus scabris.
h. m. 355.
Cytisus foliis incanis angustis quasi complicatis.
mag. Bot. 84. *hort.* 67.
- Scoparium.* 5. SPARTIUM foliis ternatis simplicibusque, ramis inermibus angulatis. *h. m.* 356. *Le genêt à balais.*
Cytisus scoparius vulgaris. *mag. hort.* 67.
* PHARM. *Genista vulgaris* folia, rami, summitates, cineres. Vis diuretica hydragoga, anti-hydropica, aperiens. Datur herba aquæ aut vino decocta, semina ad drach. 1 fl. cineres in vino albo infundantur.
- Spinosum.* 6. SPARTIUM foliis ternatis, ramis angulatis spinosis. *h. m.* 356.
Acacia trifolia. *mag. Bot.* 1.
Cytisus spinosus. *mag. hort.* 67.

G E N I S T A.

Cal. 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *vexillum* oblongum à pistillo staminibusque deorsum reflexum.

Caul. incerta. *fol.* simplex integerrima.
in flor. & *fulc.* incerta.

* *Inermes.*

- Grandicans.* 1. GENISTA foliis ternatis subtus villosis, pedunculis lateralibus subquinquefloris foliatis, leguminibus hirsutis. *Linn. aman. Acad.* 4. 284. *sp. plant. edit.* 2^a. 997.

- Cytisus, *monspessulanus*, floribus lateralibus, foliis hirsutis, caule striato. *h. m.* 375.
2. GENISTA ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 356. *Sagittalis.*
 Genistella herbacea, sive chamaespartium. *mag. hort.* 84.
3. GENISTA foliis lanceolatis, ramis striatis teretibus erectis. *h. m.* 357. *Le genêt.* *Tiafforia.*
 Genista tinctoria germanica. *mag. Bot.* 106. *hort.* 85.
- * PHARM. *Genistæ tinctoriæ*. Vis spartii primi & quinti.
4. GENISTA foliis lanceolatis obtusis, caule tuberculato-decumbente. *h. m.* 357. *Pilosa.*
 Genista pilosa. *mag. Bot.* 106.
 Genista ramosa foliis hyperici. *mag. hort.* 84.

* * * *Spinæ laterales.*

5. GENISTA spinis decompositis, ramis floriferis inermibus, foliis linearibus pilosis. *h. m.* 357. *Hispanica.*
 Genistella spinosa monspeliaca. *mag. Bot.* 106.
 Genista-spartium montis ventosi. *mag. hort.* 85.
6. GENISTA spinis compositis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 357. *Germanica.*
 Genista spinosa minor germanica. *mag. hort.* 84.
7. GENISTA spinis simplicibus, ramis stoloniferis inermibus, foliis lanceolatis. *Linn. sist. nat.* 1157. *Anglica.*
 Genista-spartium minus anglicum. *Tour.* 645.
 HABITAT à l'Esperou, à Banabu.
8. GENISTA spinis terminalibus, ramis teretibus striatis, foliis lanceolatis simplicibus pubescentibus. *Linn. sp. pl. edit. 2^a.* 999. *Purgans.*
 Genista, seu spartium purgans. *Bauh. hist.* 1. p. 404. *Tour.* 644.
 HABITAT à l'Esperou. Rami conferti. Folia lanceolata obtusa, seu obversè ovata.

O N O N I S.

Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. *vexillum striatum. legum.* turgidum sessile.

*Caul. inflor. fol. incerta. fulcr. stipulæ
geminæ adnatæ vaginanti - amplexi-
caules.*

* *Floribus sessilibus.*

- Spinosa.* 1. ONONIS floribus racemosis solitariis, foliis ternatis, ramis spiniformibus. *h. m. 558. L'arrête-bœuf.*
Ononis spinosa flore purpureo. *mag. Bot. 20. hort. 16.*
- * PHARM. *Ononidis radix*, hujus cortex, aqua. Vis diuretica! incidens, deobstruens, emmenagoga, antiscorbutica, seu potius antihydrocetica, abstergens, antiscorbutica. *Radix* vel *cortex* illius, in substantia ad drach. 1. in decocto ad drach. ff.
- Arvensis.* 2. ONONIS floribus racemosis geminatis, foliis ternatis, ramis inermibus. *h. m. 359.*
- Minutissima.* 3. ONONIS floribus sessilibus lateralibus, foliis omnibus ternatis petiolatis, stipulis calycibusque setaceis. *h. m. 359.*
Ononis pusilla glabra fruticans trifoliis affinis. *mag. Bot. 22. hort. 18.*

** *Floribus pedunculatis.*

- Natrix.* 4. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis. *h. m. 359.*
Ononis viscosa spinis carens lutea major. *mag. Bot. 20. hort. 18.*
- Viscosa.* 5. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis simplicibus ternatisque. *h. m. 360.*
Ononis spinis carens viscosa latifolia lutea annua. *mag. Bot. 21. hort. 18.*
- Cherleri.* 6. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis, stipulis dentatis. *h. m. 360.*
Ononis minima hirsuta Cherleri. *mag. Bot. 20.*

A N T H Y L L I S.

Cal. ventricosus. *legum.* subrotundum
tectum.

Herba. fol. inflor. fulcr. incerta.

1. ANTHYLLIS foliis quaterno-pinnatis, floribus *Tetraphylla.*
lateralibus. *h. m.* 361.
Lotus pentaphyllos vesicaria. *mag. Bot.* 166.
Loto affinis vel lotus pentaphyllos vesicaria. *mag.*
hort. 123.
2. ANTHYLLIS foliis pinnatis: impari majore, *Vulneraria.*
capitulis duplicatis. *h. m.* 361. *La vulnéraire des*
paysans.
Loto affinis vulneraria pratensis. *mag. Bot.* 166.
hort. 123.
HABITAT copiosè circa Nemaufum; *au Capouladou;*
à Montferrier.
* PHARM. *Vulnerariæ herba.* Vis vulneraria. Inu-
sitata.
3. ANTHYLLIS foliis pinnatis æqualibus, capitulo *Montana.*
terminali. *h. m.* 361.
Astragalus villosus floribus globosis. *mag. Bot.* 34.
Barba Jovis pumila villosa flore globoso purpu-
reo. *mag. hort.* 31.

L U P I N U S.

Cal. 2-labiatus. *antheræ* alternæ 5 oblon-
gæ, 5 subrotundæ. *legum.* coriaceum.

Herba. fol. digitata. inflor. subverticil-
lata.

1. LUPINUS calycibus semiverticillatis appendicu- *Varius.*
latis, labio superiore bifido, inferiore subtri-
dentato. *h. m.* 362. *Le lupin.*
Lupinus sylvestris purpureo flore, semine rotundo
vario. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.
2. Lupinus sylvestris purpureo flore, semine rotundo
vario minore. *mag. Bot.* 301. *hort.* 124.

- Hirsutus.* 2. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio superiore & inferiore integris. *h. m.* 362.
Lupinus flore purpurascente latifolius hirsutus. *mag.*
Bot. 167. *hort.* 124.
Abundat in loco dicto *la Garrigue de Perauls*, ad dexteram.
- Luteus.* 3. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio superiore bipartito, inferiore tridentato. *h. m.* 362.
Lupinus luteo flore, semine compresso vario. *mag.*
Bot. 167.
Lupinus sylvestris flore luteo. *mag. hort.* 124.

R O B I N I A.

Cal. 4-dentatus: denticulo supremo emarginato. *vexillum* patens reflexum subrotundum. *legum.* 1-loculare polyspermum.

Arbor. fol. pinnata. *fulcr.* aculei stipuliformes.

- Pseudoacacia* 1. ROBINIA pedunculis racemosis, foliis imparipinnatis. *h. m.* 363.
Glycyrrhiza arbor. *mag. hort.* 89.

C O L U T E A.

Cal. 2-labiatus. *legum.* inflatum supra basin dehiscens.

Frutex. inflor. axillaris racemosa.

- Arborefcens.* 1. COLUTEA foliolis obcordatis. *h. m.* 364. *Le baguenaudier.*
Colutea vesicaria. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.

P H A S E O L U S.

Stigma pubescens. *carina* cum staminibus styloque spiraliter tortis.

Herba, volubilis. *fol.* ternata: foliolis lateralibus obliquè ovatis extrorsum latioribus.

1. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce majoribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Le haricot.* *Vulgaris.*
Phaseolus major, sive smilax hortensis. *mag. hort.* 158.
Idem fructu pallido, fructu nigro, aut variegato. *mag. hort.* 158.
2. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Coccineus.*
Phaseolus puniceo flore. *mag. hort.* 158.

P I S U M.

Cal. laciniaë superiores 2 breviores. *stylus* triangulus suprà carinatus & villosus.

Herba, volubilis. *fol.* incerta. *fulcr.* cirrhus ad apicem foliorum.

1. PISUM stipulis infernè rotundatis crenatis, petiolis teretibus, pedunculis multifloris. *h. m.* 366. *Sativum.*
Le pois.
Pisum umbellatum. *mag. hort.* 160.
- β. Pisum majus quadratum. *mag. hort.* 160.
2. PISUM petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunculis unifloris. *h. m.* 366. *Ochrus.*
Ochrus folio integro capreolos emittente. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

O R O B U S.

Cal. basi obtusus: laciniiis superioribus profundioribus, brevioribus. *stylus* linearis suprà villosus.

Herba. *fol.* abruptè-pinnata nuda.

- Vernus.* 1. OROBUS foliis pinnatis ovatis, stipulis semi-
sagittatis integerrimis, caule simplici. *h. m.* 366.
L'orobe.
Orobus sylvaticus purpureus vernus. *mag. hort.*
151.
- Tuberosus.* 2. OROBUS foliis pinnatis lanceolatis, stipulis semi-
sagittatis integerrimis, caule simplici. *h. m.* 366.
Orobus sylvestris angustifolius asphodeli radice.
mag. Bot. 303. *hort.* 151.
- Niger.* 3. OROBUS caule ramoso, foliis sexjugis ovato-
oblongis, stipulis subulatis. *h. m.* 366.
Orobus sylvaticus foliis viciæ. *mag. Bot.* 196.
hort. 151.
- Pyrenæicus.* 4. OROBUS caule ramoso, foliis bijugis, trijugis,
quadrijugisve lanceolatis nervosis, stipulis sub-
spinosis. *h. m.* 366.
- ONS. Stipulæ magnæ; foliola in petiolum planum decurrentia.

LATHYRUS.

Cal. laciniæ superiores 2 breviores. *stylus*
planus, supernè latior, suprâ villosus.
Herba, scandens, triquetra. *fol.* unijuga.
fulc. cirrhus ad apicem petioli com-
munis.

* *Pedunculis unifloris.*

- Nissolia.* 1. LATHYRUS pedunculis unifloris, foliis sim-
plicibus, stipulis subulatis. *h. m.* 367.
Lathyrus sylvestris minor. *mag. Bot.* 150.
Lathyrus angustifolius erectus folio singulari sine
capreolis. *mag. hort.* 113. *icon.* 112.
- Aphaca.* 2. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis,
stipulis sagittato-cordatis. *h. m.* 367.
Vicia lutea foliis convolvuli minoris. *mag. Bot.*
278.
Aphaca lobelii. *mag. hort.* 19.
- Amphicarpos* 3. LATHYRUS pedunculis unifloris calyce longio-
ribus, cirrhis diphyllis simplicissimis. *h. m.* 368.

Viciæ similis supra infraque terram fructus gerens.
mag. Bot. 276. *hort.* 204.

4. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compressis dorso canaliculatis. *h. m.* 368. *Cicera.*
Lathyrus sativus flore purpureo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.
5. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compressis, dorso 2-marginatis. 368. *La gesse.* *Sativus.*
Lathyrus sylvestris flore fructuque albo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 119.
6. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, foliolis fetaceo-linearibus. *h. m.* 368. *Setifolius.*
Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.
OBS. *Caulis* debilis subsimplex; *stipulae* lineares appendiculatæ; *pedunculi* stipulis triplo longiores.
7. LATHYRUS pedunculis unifloris cirrho terminatis, cirrhis diphyllis, foliolis linearibus. *h. m.* 369, *feminibus angulatis.* *Angulatus.*
Lathyrus angustifolius humilior. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.
OBS. *Caulis* erectus ramosus. *Petioli* stipulis æquales. *Stipulae* lanceolatæ.

* * *Pedunculis bifloris.*

8. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lineari-lanceolatis, leguminibus hirsutis, feminibus scabris. *h. m.* 369. *Hirsutus.*
Lathyrus angustifolius siliquâ hirsutâ. *mag. hort.* 112.
9. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, leguminibus glabris, stipulis bipartitis. *h. m.* 369. *Annuus.*
Lathyrus hispanicus flore luteo. *Tour. inst.* 395.
Lathyrus luteus latifolius. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.
HABITAT ad mare, præsertim à *Maguelone*; & in locis à *Magnolio* citatis non vidi.

*** *Pedunculis multifloris.*

- Tuberosus.* 10. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. *h. m.* 369.
Lathyrus arvensis repens tuberosus. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.
- Pratensis.* 11. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, cirrhis simplicissimis. *h. m.* 369.
Lathyrus sylvestris luteus dumetorum. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.
- Latifolius.* 12. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, petiolis membranaceis. *h. m.* 370.
Lathyrus latifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.
- Heterophyllus.* 13. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, 4-phyllisque, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *h. m.* 370.
Lathyrus major narbonensis angustifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.

V I C I A.

Stylus sub stigmatē barbatus. *glandula* inter stamina 9 coalita & germen.

Herba, angulata scandens. *fol.* conjugata. *fulcr.* cirrhus ad apicem petioli communis.

NOTA. Hinc patet affinitas inter genera lathyri, viciæ, & ervi.

* *Floribus racemosis.*

- Dumetorum.* 1. VICIA pedunculis multifloris, foliolis reflexis mucronatis ovatis, stipulis subdentatis. *h. m.* 370.
Vicia sepium perennis. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.
- Sylvaticæ* 2. VICIA pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, stipulis denticulatis. *h. m.* 371.

3. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. *h. m.* 371. *Cracca.*
 Vicia perennis dumetorum multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204.
4. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis secundis, caule hirsuto, stipulis denticulatis... *Incana.*
Gerard. gallop. icon. pag. 496.
 Vicia perennis incana multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204. *Tour.* 397.
- HABITAT in pratis prope stagna, à *Perauls*, *Lattes*, & à *Cete*. *Caulis* perennis, pilis argenteis tectus. *Racemi* axillares foliis duplo breviores. *Petioli* planiusculi, sulcati, foliolis utrinque 10-14 ovalibus hirsutis albicantibus. *Stipulae* semisagittatae basi denticulis tribus aequalibus.
5. VICIA pedunculis multifloris, floribus distantibus, foliolis linearibus, stipulis infernè denticulatis. *h. m.* 371. *Onobrychioïdes.*
 Vicia sive cracca foliis & siliquis longioribus. *mag. Bot.* 277.
 Viciae parvum genus folio longo. *mag. hort.* 205.
6. VICIA pedunculis multifloris, petiolis sulcatis subdodecaphyllis, foliolis lanceolatis glabris. *h. m.* 371. *Biennis.*
 Vicia perennis multiflora majori flore caeruleo & albo. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.
- ** *Floribus axillaribus subsessilibus.*
7. VICIA leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliolis retusis, stipulis maculâ notatis. *h. m.* 371. *La vesse.* *Sativa.*
 Vicia sativa vulgaris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.
- β. Vicia sylvestris vulgaris semine parvo & nigro frugum. *mag. Bot.* 276. *hort.* 206. *Tour. inst.* 397.
8. VICIA leguminibus solitariis sessilibus erectis glabris, foliolis senis, inferioribus obcordatis. *h. m.* 371. *Lathyroïdes.*
 Vicia, sive craccæ minimum genus cum siliquis glabris. *mag. Bot.* 277. *hort.* 205.

190 T E T R A P E T A L I

Lutea. 9. VICIA leguminibus sessilibus reflexis pilosis solitariis pentaspermis, corollæ vexillis glabris. *h. m.* 372.

Vicia luteo flore sylvestris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Hybrida. 10. VICIA leguminibus sessilibus reflexis pilosis pentaspermis, corollæ vexillis villosis. *h. m.* 372.

Peregrina. 11. VICIA leguminibus sessilibus pendulis glabris tetraspermis, foliolis linearibus emarginatis. *h. m.* 372.

Vicia angustifolia purpuro-violacea, filiquâ latâ glabrâ. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Sepium. 12. VICIA leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis, exterioribus decrescentibus. *h. m.* 372.

Narbonensis. 13. VICIA leguminibus subsessilibus solitariis erectis villosis, foliis senis subovatis, stipulis denticulatis. *h. m.* 373.

Faba sylvestris fructu rotundo atro. *mag. Bot.* 96.

Faba. 14. VICIA caule erecto, petiolis cirrho destitutis. *h. m.* 373. *La feve.*

Faba major recentiorum. *mag. hort.* 76.

* PHARM. *Faba* semina, farina, stipites combusti. Vis nutriens, flatulenta, resolvens, maturans, tumoribus glandularum, scroti, mammarum adversa. *Cineres* genistæ cineribus succedanei.

C I C E R.

Cal. 5-partitus: laciniis 4-superioribus vexillo incumbentibus. *legum.* 1-loculare, rhombeum, 2-spermum, turgidum.

Herba, erecta. *fol.* impari-pinnata. *fulc.* filum terminans pedunculos.

Arietinum. 1. CICER foliolis serratis ovatis, basi integerrimis, stipulis dentatis. *h. m.* 373. *Le pois chiche.*

Cicer sativum. *mag. Bot.* 65. *hort.* 55.

2. Cicer arietinum fructu nigro. *mag. hort.* 55.

E R V U M.

Cal. 5-partitus æqualis. *legum.* 1-loculare teretiufculum, nodosum.

Herba, angulata, scandens. *fol.* conjugata. *fulc.* cirrhus terminans petiolos.

Obs. Manifestè differt à viciis, proportione & numero flosculorum qui minimi paucissimique, 2-4 in eodem pedunculo.

1. ERVUM germinibus compressis convexis orbiculatis. *h. m.* 374. *La lentille.* *Lens.*
Lens vulgaris. mag. Bot. 152.
Lens major. mag. hort. 114. & minor. *ibid.*
2. ERVUM pedunculis subbifloris, seminibus globosis quaternis. *h. m.* 374. *Tetraspermum.*
Vicia multifolia cum latis filiquis. mag. Bot. 152. *hort.* 114.
3. ERVUM pedunculis multifloris, seminibus globosis nudis. *h. m.* 374. *Hirsutum.*
Vicia segetum cum filiquis plurimis hirsutis. mag. Bot. 277. *hort.* 114.
4. ERVUM germinibus undato-plicatis. *h. m.* 374. *Ervilia.*
Les ers.
Orobus receptus herbariorum. mag. Bot. 196.
Ervum multis, sive orobus. mag. hort. 75.
 * PHARM. *Ervæ semina, orobi farina.* Vis resolvens, maturans.
5. ERVUM pedunculis subbifloris cirrhosis, petiolis acuminatis, foliolis obtusis. *h. m.* 374. *Solonienſe.*
Vicia minima præcox Parisiensium. Tour. inst. 397.

C Y T I S U S.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. *legum.* basi attenuatum, pedicellatum 1-loculare polyspermum.

Fruticulus. fol. ternata: foliolis æqualibus.

- Nigricans.* 1. CYTISUS racemis simplicibus erectis, foliolis ovato-oblongis. *b. m.* 375.
- Sessilifolius.* 2. CYTISUS racemis erectis, calycibus bracteâ triplici auctis, foliis floralibus sessilibus. *b. m.* 375. Cytisus glaber siliquâ latâ. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.
- Supinus.* 3. CYTISUS floribus capitatis, ramis decumbentibus. *b. m.* 375. Cytisus foliis tubrusâ lanugine hirsutis. *mag. hort.* 67.
- Argenteus.* 4. CYTISUS floribus pedunculatis subsessilibusque, foliis tomentosis conduplicatis, caule fruticoso. *b. m.* 376. Trifolium argenteum floribus luteis. *mag. Bot.* 267. Cytisus humilis angustifolius argenteus. *mag. hort.* 67.

G L Y C Y R R H I Z A.

Cal. 2-labiatus $\frac{3}{4}$. *legum.* ovatum compressum, sub 1-spermum.

Suffrutex, glutinosus. *rad.* horizontalis stolonifera. *fol.* pinnata impari petiolato.

- Glabra.* 1. GLYCYRRHIZA leguminibus glabris. *b. m.* 377. *La réglisse.* Glycyrrhiza glabra & germanica, radice repente. *mag. Bot.* 110. Glycyrrhiza siliquosa vel germanica. *mag. hort.* 89. * PHARM. *Liquiritiæ* radix, trochisci. Vis edulcorans, bechica, antinephritica, antidysurica, rheumatismo, tussi adversa.

C O R O N I L L A.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. superioribus denticulis connatis. *vexillum* vix alis longius. *legum.* isthmis interceptum articulatum rectum.

Frutec.

*Frutex. inflor. capitata : capitulis depres-
so-dimidiatis axillaribus.*

1. CORONILLA pedunculis subtrifloris, corollarum unguibus calyce duplo longioribus, caule angulato. *h. m. 377.* *Emerus.*
Colutea filiquosa, vel scorpioïdes major. mag. Bot. 76. hort. 60.
2. CORONILLA foliolis quinaris ternatisque linearilanceolatis subcarnosis obtusis. *h. m. 377.* *Juncea.*
Colutea caule genistæ fungoso. mag. Bot. 72. hort. 60.
3. CORONILLA foliolis subnovenis, stipulis suborbiculatis. *h. m. 377.* *Valentina.*
Polygala valentina. mag. Bot. 303.
Colutea minima, five coronilla. mag. hort. 60.
4. CORONILLA foliolis suborbiculatis, stipulis ovatis, pedunculis complanatis. *h. m. 378.* *Glauca.*
Coronilla scorpioïdes coronata. mag. Bot. 72. hort. 60.
Coronilla scorpioïdes maritima glauco folio. mag. hort. 60.
5. CORONILLA procumbens, foliis lanceolatis novenis, stipulâ oppositifoliâ emarginatâ. *h. m. 378.* *Minima.*
Ferrum equinum gallicum. mag. Bot. 97.
6. CORONILLA herbacea, leguminibus erectis teretibus torosis numerosis, foliolis plurimis glabris. *h. m. 378.* *Varia.*
Securidaca dumetorum major, flore vario, siliquis articulatis. mag. Bot. 235.
Colutea dumetorum flore vario, siliquis articulatis. mag. hort. 60.
7. CORONILLA herbacea leguminibus falcato-glabriatis, foliolis plurimis. *h. m. 378.* *Securidaca.*
Securidaca lutea major. mag. Bot. 399. hort. 182.
Obs. Ultimæ duæ species, licet herbacæ, perennant & sempervirent.

ORNITHOPUS.

Legum. articulatum teres arcuatum.

Herba. inflor. axillaris : pedunculis digitato-subquinquefloris.

- Perpusillus.* 1. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus subarcuatis. *h. m.* 379.
Ornithopodium radice tuberculis nodosâ. *mag. hort.* 150.
- Compressus.* 2. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus compressis rugosis, pedunculis folio terminatis. *h. m.* 379. *Le pied d'oiseau.*
Ornithopodio affinis hirsuta scorpioïdes. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.
- Scorpioïdes.* 3. ORNITHOPUS foliis inferioribus simplicibus, summis ternatis impari maximo, stipulâ oppositifoliâ emarginatâ. *h. m.* 379.
Scorpioïdes an cratevæ telephium. *mag. Bot.* 232.
Scorpioïdi affinis portulacæ folio. *mag. hort.* 181.

HIPPOCREPIS.

Legum. subarticulatum, curvum, compressum : alterâ futurâ pluries emarginatum.

Herba. fol. impari-pinnata : petiolis basi aphyllis.

- Unifiliquosa.* 1. HIPPOCREPIS leguminibus solitariis subsessilibus. *h. m.* 380.
Ferrum equinum siliquâ singulari. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.
- Multifili-
cuosa.* 2. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine interiore sinuatis. *h. m.* 380.
Ferrum equinum siliquâ multiplici. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.
- Comosa.* 3. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriori repandis. *h. m.* 380.

Ferrum equinum germanicum siliquis in summitate. *mag. Bot. 96. hort. 77.*

Obs. Hippocrepis 2 & 3 quandoque perennant, & sunt suffruticulosæ.

SCORPIURUS.

Legum. subarticulatum, isthmis interceptum, revolutum, teres.

Herba. fol. simplicissima integerrima attenuato-petiolata.

1. SCORPIURUS pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique squamis obtusis. *h. m. 381.* *Vermiculatæ*
Scorpioides siliquâ crassâ Boëlii. *mag. hort. 181.*
2. SCORPIURUS pedunculis subquadrifloris, leguminibus extrorsum spinis confertis acutis. *h. m. 381.* *Subvillosa,*
Scorpioïles repens buplevri folio. *mag. Bot. 233. hort. 181.*
3. SCORPIURUS pedunculis subtrifloris, leguminibus extrorsum spinis distinctis acutis. *h. m. 381.* *Sulcata.*

HEDYSARUM.

Cor. carina transversè obtusa (seu subtriangularis) *legum.* subrotundum, 1-lperum compressum.

Herba. fol. pinnata. *fulcr.* spinulæ supra legumen.

1. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis corollarum alis calyce brevioribus. *h. m. 382. Le sainfoin.* *Onobrychis;*
Onobrychis folio viciæ, fructu echinato, major. *mag. Bot. 191. hort. 147.*
- * PHARM. Onobrychis folia, sudorifica, theam odore referentia, ideo succedaneæ.
2. HEDYSARUM foliis pinnatis, pedunculis subtrifloris, floribus alternis sessilibus subspicatis. *h. m. 382.* *Caput galli.*

Onobrychis fructu echinato minor. *mag. Bot.* 191.
hort. 147.

Humile. 3. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articulatis asperis, corollæ alis obsoletis, spicis hirsutis, caulibus depressis. *h. m.* 383.

Onobrychis femine clypeato aspero, minor. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

ASTRAGALUS.

Legum. 2-loculare, gibbum, rotundatum.

Herba. inflor. & fol. ut in priori. *fulc.*
stipulæ adnatæ.

* *Caulibus foliosis.*

Glycyphillos. 1. ASTRAGALUS caulescens, prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliolis ovalibus pedunculo longioribus. *h. m.* 384.

Astragalus luteus perennis procumbens vulgaris.
mag. hort. 27.

Hamosus. 2. ASTRAGALUS caulescens procumbens, leguminibus subulatis glabris recurvatis. *h. m.* 384.

Securidaca lutea minor corniculis recurvis. *mag. Bot.* 235.

Astragalus luteus annuus monspeliacus procumbens.
mag. hort. 26.

Sesameus. 3. ASTRAGALUS caulescens, diffusus, capitulis lateralibus sessilibus pedunculatisque, erectis, subulatis, acumine reflexis. *h. m.* 385.

Ornithopodio affinis stellâ leguminosâ, siliquis cauli adhærentibus. *mag. Bot.* 194. *hort.*

Astragalus annuus siliquis in stellæ modum dispositis. *mag. hort.* 26.

ø. Ornithopodio affinis hirsutâ stellâ leguminosâ, siliquis pediculo insidentibus. *mag. Bot.* 194.

** *Scapo nudo, absque caule folioso.*

Monspessulanus. 4. ASTRAGALUS acaulis, scapis declinatis longitudine foliorum, leguminibus subulatis teretibus subarcuatis glabris. *h. m.* 385.

*Astragalus monspessulanus. mag. Bot. 33. hort. 26.
& flore albo. ibid.*

5. **ASTRAGALUS** acaulos, scapis declinatis longitudine foliorum, foliis tomentosis, leguminibus subulatis subarcuatis incanis. *h. m. 385.* *Incanus.*

*Astragalus incanus siliquâ incurvâ. mag. Bot. 33.
icon. 32. hort. 26.*

6. **ASTRAGALUS** subacaulos, scapis folio longioribus, floribus laxè spicatis erectis. *h. m. 385.* *Montanus.*

B I S S E R R U L A.

Legum. 2-loculare, lineare, planum, utrinque dentatum, dissepimento contrario.

Herba. fol. impari-pinnata. inflo. capitulis dimidiatis.

1. **BISSERRULA.** *h. m. 386.*

Pellicinus.

P S O R A L E A.

Cal. punctis callofis adpersus. *legum.* ovato-subulatum, punctis callofis adpersum, monospermum.

Herba. fol. ternata. fulcr. bractæ involucrantes, trifidæ.

1. **PSORALEA** foliis omnibus ternatis, pedunculis spicatis folio longioribus. *h. m. 387. Le tresle bitumineux.* *Bituminosa.*

Trifolium asphaltis, sive bitumen redolens. mag. Bot. 260. hort. 168.

- * **PHARM.** *Trifolii bituminosi succus, semina. Vis succi intus anticarcinomatosa ex Fabr. ab aqua-pendente. Oleum expressum extus antiparalyticum, ex Sylvio Deleboë.*

TRIFOLIUM.

Legum. vix calyce longius, non dehiscens, deciduum, 1-f-2-spermum.

Herba. fol. ternata. *fulc.* stipulæ adnatæ vaginantes.

* Melilota, *leguminibus nudis polyspermis, foliolo impari petiolato.*

Melilotus officinalis.

1. TRIFOLIUM leguminibus racemosis nudis dispersis caule erecto. *h. m.* 388. *Le mélilot.*

Melilotus officinarum luteo flore. *mag. Bot.* 175.

Melilotus officinarum Germaniæ. *mag. hort.* 132.

Altissimum.

β. Melilotus major candida. *mag. Bot.* 175. *hort.* 133.

* PHARM. *Meliloti (alba, lutea)* flores, herba. Vis extus resolyvens, emolliens, anodina.

Melilotus italica.

2. TRIFOLIUM leguminibus racemosis nudis dispersis rugosis obtusis, caule erecto, foliolis integris. *h. m.* 388.

Melilotus italica, folliculis rotundis. *mag. hort.* 131.

β. Melilotus angustifolia, repens folliculis rotundis. *mag. Bot.* 175.

** Lotoïdæa *leguminibus tectis polyspermis, foliolis sessilibus.*

Alpinum.

3. TRIFOLIUM scapo nudo, leguminibus dispersis pendulis, foliolis lanceolatis. *h. m.* 388.

Anonis humilior radice amplâ & dulci. *Tour. inst.* 408.

*** Lagopoda, *calycibus villosis, foliolis sessilibus.*

Subterraneum.

4. TRIFOLIUM capitulis villosis quinquefloris, involucro centrali reflexo rigido fructum involvente. *h. m.* 389.

Trifolium subterraneum, sive folliculos sub terram condens. *mag. Bot.* 265.

- Trifolium subterraneum tricoccum. *mag. hort.* 169.
5. TRIFOLIUM capitulis villosis hemisphæricis terminalibus solitariis, calycibus omnibus fertilibus. *h. m.* 389.
Trifolium glomerulis personatæ Cherleri. *mag. Bot.* 266. *hort.* 169. *Cherleri.*
6. TRIFOLIUM capitulis sessilibus globosis, calycibus striatis æqualibus patulis. *h. m.* 389.
Trifolium parvum rectum, flore glomerato cum unguiculis. *mag. Bot.* 267. *hort.* 199. *Tour.* *Glomeratum.*
7. TRIFOLIUM spicis subglobosis, calycibus setis rigidis obvallatis, caule erecto. *h. m.* 389.
Trifolium capitulo glomerato rigido. *mag. Bot.* 267. *hort.* 199. *Lappaceum.*
8. TRIFOLIUM spicis villosis conico-oblongis, dentibus calycinis fetaceis æqualibus, foliolis lanceolato-linearibus. *h. m.* 389.
Trifolium montanum angustifolium spicatum. *mag. Bot.* 261. *hort.* 198. *Angustifolium.*
9. TRIFOLIUM spicis villosis, calycibus patentibus, caule diffuso, foliolis cuneiformibus. *h. m.* 389.
Trifolium stellatum purpureum monspessulanum. *mag. Bot.* 262. *hort.* 199. *Stellatum.*
10. TRIFOLIUM capitulis sessilibus ovatis, calycibus villosis inæqualibus. *h. m.* 391.
Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *mag. Bot.* 266. *hort.* 199. *Scabrum.*
11. TRIFOLIUM capitulo spumoso aspero minus. *mag. Bot.* 267. *Montanum.*
11. TRIFOLIUM capitulis terminalibus, corollarum vexillis subulatis, caule erecto, foliolis lanceolatis ferratis. *h. m.* 391.
Trifolium montanum album. *mag. Bot.* 261. *hort.* 198.
12. TRIFOLIUM spicis ovatis, calycibus inflatis glabris 5-dentatis, involucris universalibus pentaphyllis. *h. m.* 392. *Spumosum.*
Trifolium capitulo spumoso lævi. *Tour.* 404. *Bauh. prodr.* 405.

- Resupinatum.* 13. TRIFOLIUM spicis subovatis, calycibus inflatis dorso gibbis, caulibus prostratis. *h. m.* 392.
Trifolium pratense folliculatum. *mag. Bot.* 263. *hort.* 198.
- Fragiferum.* 14. TRIFOLIUM capitulis subrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus. *h. m.* 392.
Trifolium fragiferum friscum. *mag. Bot.* 265. *hort.* 198.

*** Lupulina, *vexillis corollæ inflatis.*

- Agrarium.* 15. TRIFOLIUM spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto. *h. m.* 392.
Trifolium pratense luteum capitulo lupuli, sive agrarium. *mag. Bot.* 262. *hort.* 198.
- Spadiceum.* 16. TRIFOLIUM spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pilosis, caule erecto. *h. m.* 393. n^o. 23. *montanum.*

L O T U S.

Cal. tubulosus. *legum.* cylindricum stric-
tum polyspermum. *alæ* sursum longi-
tudinaliter conniventes.

Frutex, & herba. *fulcr.* stipulæ liberæ
foliis simillimæ.

* *Leguminibus rarioribus, nec capitulum
constituentibus.*

- Maritima.* 1. LOTUS leguminibus solitariis membranaceo-
quadrangularibus, bracteis lanceolatis. *h. m.*
393.
Lotus maritima filiquosa folio pingui glabro. *mag.*
Bot. 165. *hort.* 122.
- Conjugata.* 2. LOTUS leguminibus conjugatis membranaceo-
quadrangularibus, bracteis oblongo-ovatis. *h.*
m. 394.

3. LOTUS leguminibus solitariis quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis hirsutis. *h. m.* 394. *Siliquosa.*
 Lotus pratensis siliquosa lutea. *mag. Bot.* 165.
 Lotus siliquosa lutea monspeliensis. *mag. hort.* 122.
4. LOTUS leguminibus subbinatis linearibus strictis erectis, caule erecto, pedunculis alternis. *h. m.* 394. *Angustifolia.*
 Lotus pentaphyllos minor hirsutus siliquâ angustissimâ. *mag. Bot.* 164. *hort.* 122.
5. LOTUS leguminibus arcuatis subquinatis compressis, caulibus diffusis. *h. m.* 394. *Ornithopodioides.*
 Lotus siliquis ornithopodii. *mag. hort.* 123.
 HABITAT in luco gramuntio, & in satis circumpositis.
6. LOTUS leguminibus subbinatis linearibus strictis erectis, caule erecto, pedunculis alternis. *Angustissimus.*
Linn. sist. nat. 1179.
 Lotus pentaphyllos minor hirsuta, siliquâ angustissimâ. *mag. Bot.* 164. *hort.* 122.
 HABITAT in luco gramuntio, & copiosius in luco ad dexteram ultra pagum *Peraults*, ubi crescit *gentiana pumila*.
- ** *Leguminibus multifloris in capitulum.*
7. LOTUS capitulis hirsutis, caule erecto hirto, leguminibus ovatis. *h. m.* 395. *Le lotier ou tresle hémorroïdal.* *Hirsuta.*
 Lotus pentaphyllos siliquosus villosus. *mag. Bot.* 165. *hort.* 123.
 * PHARM. *Trifolii hémorroïdalis* herba. Vis extus & intus anti-hémorrhoidalis, extus abstergens, in suppuratis circa anum pustulis, excoriationibus, rhagadibus egregia.
8. LOTUS capitulis subglobosis, caule erecto angulato frutescente, leguminibus rectis glabris. *Recta.*
h. m. 395.
 Lotus siliquosus glaber flore rotundo. *mag. Bot.* 166.

Lotus villosus altissimus flore glomerato. *mag. hort.*
123.

Corniculata. 9. LOTUS capitulis depresso, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis. *h. m.* 395.

Lotus corniculata glabra & hirsuta minor. *mag. Bot.* 164.

Lotus sive melilotus pentaphyllos minor glabra. *mag. hort.* 122.

β. Lotus pentaphyllos hirsutiae candicans. *mag. Bot.*
165. *hort.* 122.

γ. Lotus pentaphyllos tenuissimis glabris foliis. *mag. Bot.* 164. *hort.* 122.

* PHARM. *Trifolii corniculati* herba. Vis vulneraria, abstergens.

Dorygnium. 10. LOTUS capitulis ebracteatis, foliis stipulisque lanceolato-linearibus. *h. m.* 395.

Trifolium album angustifolium, floribus veluti in capitulum congestis. *h. m. mag. Bot.* 267.

Lotus polyceratos frutescens incana, siliculis subrotundis erectis. *mag. hort.* 123.

TRIGONELLA.

Vexillum & *alæ* subæquales patentēs, formâ corollæ tripetalæ; carina minima.

Herba; *fol.* ternata. *inflor.* axillaris, incerta.

Polyceratia. 1. TRIGONELLA leguminibus pedunculatis sessilibusque congestis erectis rectis parallelis linearibus. *h. m.* 396.

Fænum græcum sylvestre alterum polyceration. *mag. Bot.* 99. *hort.* 80.

Monspeliaca. 2. TRIGONELLA leguminibus congestis sessilibus arcuatis divaricatis inclinatis brevibus. *h. m.* 396.

Fenugræcum 3. TRIGONELLA leguminibus sessilibus strictis erectiusculis solitariis subfalcatis acuminatis. *h. m.* 396. *Le fenugrec.*

Fænuagræcum sativum. *mag. hort.* 80.

β. Fænugræcum sylvestre. *mag. Bot. 99. hort. 80.*

* PHARM. *Fænugræci* femina. Vis emolliens, anodina, resolvens, maturans, ophthalmica, anti-acredinosa.

M E D I C A G O.

Legum. spirale compressum polyspermum. carina à vexillo deflectens.

Herba. fol. ternata. inflor. incerta.

1. MEDICAGO pedunculis racemosis, leguminibus contortis, caule glabro erecto. *h. m. La luserne. 398. Sativa.*
2. MEDICAGO pedunculis racemosis, leguminibus lunatis, caule prostrato. *h. m. 398. Falcata.*
Trifolium sylvestre luteum siliquâ cornutâ. *mag. Bot. 271. hort. 200.*
Idem flore albo aut violaceo. *mag. hort. 200.*
3. MEDICAGO spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis, caule procumbente. *h. m. 398. Lupulina.*
Trifolium pratense luteum. *mag. Bot. 262.*
Melilotus capsulis reni similibus in capitulum congestis. *mag. hort. 133.*
4. MEDICAGO pedunculis racemosis, leguminibus cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso. *h. m. 398. Marina.*
Trifolium cochleatum marinum tomentosum. *mag. Bot. 779. hort. 199.*
5. MEDICAGO leguminibus cochleatis, stipulis dentatis, caule diffuso. *h. m. 398. Polymorpha.*
- α. Leguminibus solitariis cochleatis inermibus compressis planis, stipulis ciliatis, caule diffuso. *Orbicularis.*
Trifolium cochleatum vel scutellatum fructu latiore, folio minori *obtus.* *mag. Bot. 267. hort. 199.*
- β. Leguminibus subternatis cochleatis globosis inermibus, stipulis denticulatis. *Scutellata.*
Trifolium cochleatum fructu latiore. *mag. Bot. 269. hort. 199.*
- γ. Leguminibus cochleatis inermibus subcylindricis, extremitatibus complanatis. *Turbinata.*

204 TETRAPETALI IRREGULARES.

- Trifolium cochleatum turbinatum, sive fructu compresso oblongo. *mag. hort.* 199. *mag. Bot.* 268.
- β. Trifolium cochleatum turbinatum fructu compresso oblongo minore. *mag. Bot.* 268. *hort.* 199.
- Intertexta.* δ. Leguminibus cochleatis subfoliariis sphaericis, aculeatis, aculeis divaricatis incurvis longis.
Trifolium cochleatum polycarpon. *mag. Bot.* 268? *hort.* 199.
Medica polycarpon folio obtuso crenato. *Tour.* 410. & non crenato. *ibid.*?
- Arabica.* ε. Leguminibus subternatis echinatis, foliis cordatis.
Trifolium cochleatum folio cordato maculato. *mag. Bot.* 268. *hort.* 199.
- Coronata.* ζ. Leguminibus subbinatis compressis spinosis, stipulis subulatis integerrimis.
Medicago folliculis coronæ similibus. *mag. Bot.* 269. *hort.* 200.
In hac flores minimi; legumina minima, spinis brevioribus erectiusculis.
- Ciliaris.* η. Leguminibus congestis globosis hispidis, stipulis ciliatis.
Trifolium fructu cochleato ciliari. *mag. Bot.* 269. *hort.* 199.
- Hirsuta.* θ. Leguminibus solitariis globosis brevissimè echinatis, stipulis ferratis.
Trifolium arvense echinatum. *mag. Bot.* 269. *hort.* 200.
- Rigidula.* ι. Leguminibus cochleatis spinosis, foliolis inferioribus cuneiformibus retusis, superioribus subrotundis.
Trifolium cochleatum fructu compresso spinis horrido. *mag. Bot.* 268. *hort.* 199.
- Aciniata.* κ. Leguminibus spinosis, foliis lineari-pinnatifidis.
Trifolium fructu echinato, foliis eleganter dissectis. *mag. Bot.* 271. *icon.* 270. *hort.* 199.
- Minima.* λ. Leguminibus cochleatis subternatis, spinulis uncinatis, stipulis integris.
Medicago echinata minima. *Tour.* 410.
HABITAT λ in saxosis circa *Lacolombiere* & *La-valette*. Pedunculi sæpius filo terminati.

Classis VIII².

PENTAPETALI
REGULARES.

TRIANDRIA

TRIGYNIA.

POLYCARPON.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

RIBES.

HEDERA.

VITIS.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

* SUMBUMBELLATI.

ERYNGIUM.

HYDROCOTYLE.

SANICULA.

** UMBELLATI, *involucro gemino*.

BUPLEVRUM.

PEUCEDANUM.

BUNIUM.

LASERPITIUM.

SIUM.

SISON.

FERULA.

CRITHMUM.

CACHRYS.

206 PENTAPETALI
LIGUSTICUM.
ANGELICA.

*** UMBELLATI, *involucro nullo.*

THAPSIA.
PASTINACA.
ANETHUM.
CARUM.
PIMPINELLA.
APIUM.
ÆGOPODIUM.

PENTANDRIA

TRIGYNIA.

RHUS.
TAMARIX.
CORRIGIOLA.
ALSINE.
LINUM. 9.

PENTANDRIA

TETRAGYNIA.

PARNASSIA.

PENTANDRIA

PENTAGYNIA.

SPERGULA. 4.
LINUM.
DROSERA.
STATICE.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

FRANKENIA.

HEXANDRIA

DIGYNIA.

VELEZIA.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

MELIA.

TRIBULUS.

PYROLA.

DECANDRIA

DIGYNIA.

SAXIFRAGA.

GYPSOPHILA.

SAPONARIA.

DIANTHUS.

DECANDRIA

TRIGYNIA.

CUCUBALUS.

SILENE.

STELLARIA.

ARENARIA.

DECANDRIA

PENTAGYNIA.

SEDUM.

OXALIS.

AGROSTEMMA.

LYCHNIS.

CERASTIUM.

SPERGULA.

208 *PENTAPETALI*
DECANDRIA
DECAGYNIA.
PHYTOLACCA.

DODECANDRIA
MONOGYNIA.
PORTULACA.

DODECANDRIA
DIGYNIA.
AGRIMONIA.

ICOSANDRIA
MONOGYNIA.
MYRTUS.

PUNICA.
AMYGDALUS.
PRUNUS.

ICOSANDRIA
DIGYNIA.
CRATÆGUS.

ICOSANDRIA
TRIGYNIA.
SORBUS.

ICOSANDRIA
PENTAGYNIA.
MESPILUS.

PYRUS.
ICOSANDRIA
POLYGYNIA.

ROSA.
RUBUS,

FRAGARIA.

FRAGARIA.

POTENTILLA.

GEUM.

SPYRÆA.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

CISTUS.

TILIA.

POLYANDRIA

DIGYNIA.

PÆONIA.

POLYANDRIA

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA.

NIGELLA.

POLYANDRIA

POLYGYNIA.

RANUNCULUS.

HELLEBORUS.

CALTHA.

MONADELPHIA

PENTANDRIA.

GERANIUM. 1. 2. 3.

MONADELPHIA

DECANDRIA.

GERANIUM.

FOLYADELPHIA

ICOSANDRIA.

CITRUS.

HYPERICUM.

210 PENTAPETALI REGULARES.

SYNGENESIA

MONOGAMIA.

JASIONE.

GYNANDRIA

PENTANDRIA.

PASSIFLORA.

MONŒCIA

MONADELPHIA.

CROTON. *mas.*

DIŒCIA

DECANDRIA.

LYCHNIS. 3.

CUCUBALUS. 4.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

ACER.



PENTAPETALI REGULARES.

TRIANDRIA

TRIGYNIA.

POLYCARPON.

Cal. 5-phyllus : foliis carinatis. *cor.* petala minima. *caps.* 1-locularis, trivalvis.

Herba. fol. verticillata. *in flor.* terminalis cymoso-dichotoma.

1. POLYCARPON foliis quaternis ovatis, paniculâ *Tetraphyllum*
dichotomâ. *b. m.* 58.

Anthyllis marina incana alfinefolia Narbonensium.
mag. Bot. 22.

Herniaria alfinefolio. *mag. hort.* 96.

Obs. Apud nos rarè incana, sæpissime glabra, viridis.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

RIBES.

Cor. supera. *bacc.* polysperma. *styl.* 2-fidus.
petala, *staminaque* calyci inserta.

Frutex, rigidus. *in flor.* racemosa axillaris nutans. *fulc.* incerta.

* Ribesia *inerimia*.

- Alpinum*. 1. RIBES inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. *h. m.* 114.
Grossularia non spinosa. *mag. Bot.* 123.
Grossularia vulgaris fructu dulci. *mag. hort.* 94.
- Nigrum*. 2. RIBES inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. *h. m.* 114. *Le cassis, ou groselier noir*.
Grossularia non spinosa fructu nigro. *mag. hort.* 94.
* PHARM. *Ribium nigrorum* herba, baccæ, syrupus. Vis antihysterica, diuretica, morfui viperarum, animalium rabiosorum, & dysenterici febrili adversa.
- Rubrum*. 3. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. *h. m.* 114. *Le groselier rouge*.
Grossularia multiplici acino, sive non spinosa hortensis rubra, sive ribes officinarum. *mag. hort.* 94.
β. Grossularia hortensis majori fructu rubro. *mag. hort.* 94.
* PHARM. *Ribium rubrorum* herba, baccæ, syrupus, conditum. Vis refrigerans, antiphlogistica, sitim, æstum sedans, antiseptica.

* * Grossulariæ *aculeatæ*.

- Uvâ crispâ*. 4. RIBES racemis aculeatis, baccis glabris, petioli bracteâ monophyllâ. *h. m.* 114.
Grossularia simplici acino, vel spinosa sylvestris. *mag. Bot.* 123. *hort.* 94.
* PHARM. *Uvâ crispâ* baccæ. Vis fructuum immaturorum refrigerans, adstringens, antidiarrhoïca, antihæmorrhagica.

H E D E R A.

Cor. supera. stylus simplex. bacc. 5-sperma calyce cincta.

Frutex, volubilis. inflor. glomerata terminalis. fulc. aculei sparsi flexiles conferti.

1. HEDERA foliis ovatis lobatisque. *h. m.* 115. *Helix.*
Le lierre.

Hedera corymbosa communis. *mag. Bot.* 124.

Hedera arborea. *mag. hort.* 94.

* PHARM. *Hedera arborea* lignum, folia, resina, baccæ. Vis vulneraria acris, adstringens, sopherificans, in ulceribus.

V I T I S.

Cor. infera: petalis apice cohærentibus.
styl. o. bacc. 5-sperma.

Frutex, sarmentosus. *in flor.* racemosa oppositifolia. *fulc. cirrhus* è basi racemi.

1. VITIS foliis lobatis sinuatis nudis. *h. m.* 115. *La Vinifera.*
vigne.

Vitis vinifera. *mag. Bot.* 279. *hort.* 206.

- β. Vitis labrusca. *mag. Bot.* 281.

* PHARM. *Vitis* folia, aqua, uvæ, agrestæ syrupus, passulæ, vinum, aqua vitæ, spiritus vini, acetum, oxycratum, cremor tartari, sal tartari. *Vitis aqua* ophthalmica.. *folia* adstringentia, anti-diarrhoïca ad drach. i in substantia.. *uvæ* subla-xantes, lubricantes, demulcentes.. *agrestæ* syrupus refrigerans, antiphlogisticus.. *passula* be-chicæ, antiacredinosæ, pectori, renibus, vesicæ dicatæ.. *vinum* cardiacum, stomachicum, robo-rans, resolvens, vulnerarium. *Aqua vitæ*, *spi-ritus vini*, vis eadem, sed fortior; *aceti oxycrati* vis refrigerans, adstringens, antiseptica, anti-pestilentialis; *cremoris tartari* vis refrigerans, antiphlogistica; *salis tartari* vis acris resolvens, aperiens, antiædematosa, antihydropica.

2. VITIS foliis quinatis, foliolis multifidis. *h. m.* 116. *Laciniata.*
 Vitis foliis laciniatis. *mag. hort.* 206.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

ERYNGIUM.

Receptaculum paleaceum.

Herba, rigida. *fol.* composita. *inflor.* capitata terminalis.

- Maritimum.* 1. ERYNGIUM involucris foliaceis ovatis longitudine capituli: *h. m.* 130. *Le panicaut de mer.*
 Eryngium maritimum. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.
 * PHARM. *Eryngii maritimi* radix recens, condita, folia. Vis subsequens.
- Campestre.* 2. ERYNGIUM involucris subulatis capitulo longioribus. *h. m.* 130. *Le chardon roliand.*
 Eryngium vulgare. *mag. Bot.* 93. *hort.* 75.
 * PHARM. *Eryngii* radix recens, condita, folia, semina. Vis incidens, aperiens, diuretica, emmenagoga, aphrodisiaca. Datur *radix recens* ad unc. 1, in qualibet decocti libra., *condita* pariter ad unc. 1.

HYDROCOTYLE.

Umbella subsimplex: involucri 4-phyllo. *petala* integra. *sem.* semi-orbiculata, compressa.

Herba, radicans. *fol.* orbiculata, lobata, peltata.

- Vulgaris.* 1. HYDROCOTYLE foliis peltatis, umbellis quinquefloris. *h. m.* 131. *L'écuelle d'eau.*
 Ranunculus aquaticus cotyledonis folio. *mag. Bot.* 218.
 Ranunculoïdes cotyledonis folio. *mag. hort.* 171.

SANICULA.

Flores disci abortientes. *sem.* muricata.

Herba, simplicissima subnuda. *fol.* subdigitata. *in flor.* subcapitata.

1. SANICULA foliis palmato-digitatis, foliolis quinque incisis ovali-lanceolatis. *h. m.* 130. *La sanicle.* *Officialis.*
Sanicula officinarum. *mag. Bot.* 229. *hort.* 178.

* PHARM. *Sanicula* herba, succus, aqua. Vis resolvens, adstringens, vulneraria, abstergens, hæmorrhagiis, leucorrhææ, ulceribus oris & viscerum adversa. *Folia* ad manip. i.. *succus* ad unc. ii. iii.. *aqua* ab unc. iv, ad unc. vi.

* Umbellati, *involucro gemino.*

BUPLEVRUM.

Involucra umbellulæ majora 5-phylla.

fructus subrotundus compressus striatus.

Frutex & herba. *fol.* integerrima simplicissima.

* *Herbacea.*

1. BUPLEVRUM involucris universalibus nullis, foliis perfoliatis. *h. m.* 132. *La percefeuille annuelle.* *Rotundifolium.*

Perfoliata vulgaris arvensis. *mag. Bot.* 200.

Buplevrum perfoliatum annuum rotundifolium. *mag. hort.* 36.

* PHARM. *Perfoliata vulgaris* herba. Vis vulneraria, subastringens, antiherniosa? antiscrophulosa? *

2. BUPLEVRUM involucellis pentaphyllis acutis, *Odontites.*
universalis triphylo, flosculo centrali altiore, ramis divaricatis. *h. m.* 132.

Perfoliata minor angustifolia buplevri folio. *mag. Bot.* 200.

216 PENTAPETALI

Buplevrum angustifolium annuum minimum. *mag. hort.* 36.

β. Buplevrum annuum angustifolium. *mag. Bot.* 42. *hort.* 36.

Rigidum. 3. BUPLEVRUM caule subnudo dichotomo, involucris minimis acutis. *h. m.* 133.

Buplevrum folio rigido. *mag. Bot.* 42. *hort.* 36.

Tenuissimum. 4. BUPLEVRUM umbellis simplicibus, alternis pentaphyllis subtrifloris. *h. m.* 133.

Buplevrum angustissimo folio. *mag. Bot.* 42. *hort.* 36.

** *Frutescentia.*

Fruticosum. 5. BUPLEVRUM foliis obovatis integerrimis. *h. m.* 133.

Seseli æthiopicum falicis folio. *mag. Bot.* 240.

Buplevrum arborescens falicis folio. *mag. hort.* 36.

PEUCEDANUM.

Involucra brevissima. *flores* disci abortivi.
fructus ovatus utrinque striatus, alâ
cinctus.

Herba. fol. decomposita : foliolis divisis.

Officinale. 1. PEUCEDANUM foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *h. m.* 138. *Le fenouil de porc.*

Peucedanum germanicum. *mag. Bot.* 201.

Peucedanum minus germanicum. *mag. hort.* 156.

β. Peucedanum majus italicum. *mag. hort.* 156.

* PHARM. *Peucedani radix*, succus. Vis aperiens, expectorans, antihysterica, nervina.

Silaus. 2. PEUCEDANUM foliolis pinnatifidis, laciniis ovatis oppositis. *h. m.* 139.

Seseli pratense Monspeliensium. *mag. Bot.* 239.

Ligusticum, quod angelica pratensis apii folio. *mag. hort.* 117.

* PHARM. *Seseleos pratensis* herba, succus, aqua, semina. Vis diuretica, anticalculosa, carminativa. succus ad unc. ii. iii. semina ad drach. i.

BUNIUM.

Involucella setacea. *umbella* conferta.
fructus. ovati.

Herba. *rad.* bulbosa solida. *fol.* lineari-
decomposita.

1. BUNIUM. *b. m.* 137.

Bulbocastanum majus folio apii. *mag. Bot.* 41.
hort. 36.

Bulbocasta-
num.

LASERPITIUM.

Involucra brevissima. *fructus* oblongus :
angulis 8 membranaceis.

Herba. *fol.* 2 - seu - 3 - pinnata : foliolis
integris.

1. LASERPITIUM foliolis cordatis inciso-ferratis. *Latifolium.*

Lin. sp. 248.

Laserpitium foliis latioribus lobatis. *Tour. inst.* 324.
mag. hort. 112.

* PHARM. *Gentiana alba* seu *thapsia* radix. Vis
resolvens, diuretica, emmenagoga, stoma-
chica.

HABITAT in descensu montis *Capouladou*, à *La-*
malou in cacumine montium, & à *l'Esperou*.

2. LASERPITIUM foliolis cuneiformibus furcatis. *Gallicum.*

b. m. 140.

Laserpitium gallicum. *mag. Bot.* 300. *hort.* 111.

3. LASERPITIUM foliolis lanceolato-ovatis integer-
rimis attenuato-petiolatis. *b. m.* 140. *L'iveche*,
ou fesele de montagne.

Siler.

Siler montanum officinarum. *mag. Bot.* 241. *hort.*
184.

* PHARM. *Sileris montani*, seu *feseleos* semina.
Vis incidens, carminativa, diuretica, emmena-
goga, colicæ lochiali adversa. Dantur in sub-
stantia ad drach. ff.

- Chironium.* 4. LASERPITIUM foliolis obliquè cordatis, petiolis hirsutis. *h. m.* 184.
Panax costinum. *mag. Bot.* 197.
Pastinaca sylvestris altissima. *mag. hort.* 154.
- Trilobum.* 5. LASERPITIUM foliolis trilobis incisis. *Linn. sp.* 249.
Libanotis latifolia aquilegiæ folio. *mag. Bot. app.* 301.
Ligusticum, quod angelica montana perennis aquilegiæ folio. *mag. hort.* 117.
Angelica montana perennis aquilegiæ folio. *Tour. inst.* 313.
- HABITAT cum *laserpitio latifolio*, & à *la Serane*, à *la Combe de Leques*.

S I U M.

Involucra polyphylla. fructus subovatus striatus.

Herba, immersa & emersa. *fol.* pinnata: foliolis oppositis sessilibus.

- Berula.* 1. SIUM foliis pinnatis, foliolis auriculatis, umbellis lateralibus pedunculatis. *La berle*.
Sion, sive apium palustre foliis oblongis. *Bauh. pin.* 154. *Tour.* 309. *mag. Bot.* 242. *mag. hort.* 186.
Sion umbelliferum berula Monspeliensium. *Bauh. hist.* 3. 179.
- * PHARM. *Berula* sive *sii* herba. Vis antiscorbutica, incidens, diuretica, emmenagoga, extus resolvens. Datur in jusculis, apozematibus. . . *succus* depuratus ad unc. III vel IV.
- HABITAT in rivulis juxta *Lattes*, & *Pascales*, necnon juxta *Ledum amnem*. Maio & Augusto floret. *Caulis* erectus fistulosus, altitudinis ferè humanæ. *Folia* pinnata: foliolis utrinque 4, 6, 7, inæqualiter ferratis, basi utrinque auriculatis. Foliolorum inferiorum par secundum ita distat à primo pari, ut interrupta pinnularum

series & secundum par deficere videantur. *Foliolum impar & foliola involucri* sæpius trifida. *Umbella* oppositifoliæ, pedunculo sesquipollicari folium subæquante.

2. SIUM foliis pinnatis, umbellis lateralibus sessilibus. *h. m.* 142. *Nodiflorum.*

Sium aquaticum procumbens ad alas floridum. Tour. 308.

Sium aquaticum repens. mag. hort. 186.

* PHARM. Cum priori confunditur.

3. SIUM foliis pinnatis, umbellâ terminali. *h. m.* 142. *Latifolium.*

4. SIUM foliolis lineari-lanceolatis ferratis decurrentibus, connatis. *Linn. sp.* 252. *Falcaria.*

Ammi perenne repens. Tour. inst. 305. *mag. hort.* 13.

HABITAT in rivulis & circumjacentibus locis, à *Alais, Ufex.*

S I S O N.

Umbella depauperata. involucria subphylla. fructus ovatus striatus.

Herba. fol. subbipinnata: foliolis sessilibus integerrimis.

1. SISON foliis pinnatis, umbellis erectis. *h. m.* 143. *Amomum.*

Sison amomum officinis nostris. mag. Bot. 242.

Sison, five amomum officinarum. mag. hort. 185.

* PHARM. *Sisonis* seu *amomi* semina, aqua. Vis incidens, calefaciens, carminativa, anticolicalis. *aqua* ab unc. iv, ad vi.

2. SISON foliolis capillaribus verticillatis. *h. m.* 143. *Verticillatum.*
Daucus pratensis Dalechampii, millefolii folio. Bauh. hist. 3. *part.* 2. 9.

F E R U L A.

Involucrum universale deciduum. fructus ovalis compresso-planus, striis utrinque tribus.

Herba. fol. decomposita : foliolis integerrimis.

- Communis.* 1. FERULA foliolis linearibus longissimis simplicibus. *h. m.* 140.
 Ferula femina Plinii. *mag. Bot.* 97. *hort.* 77.

C R I T H M U M.

Involucr. reflexum, brevissimum. fructus ovali-compressus.

Herba, rigida. fol. carnosa, 2-pinnata, foliolis simplicissimis : petiolis compressis subancipitibus.

- Maritimum.* 1. CRITHMUM foliolis lanceolatis carnosis. *h. m.* 139.
 Crithmum seu fœniculum marinum minus. *mag. Bot.* 80.
 Fœniculum maritimum minus. *mag. hort.* 80.

C A C H R Y S.

Involucra longa lineari-lanceolata. fructus subsphæricus angulatus : cortice suberoso.

Herba. fol. 2-pinnata : foliolis linearibus longis multifidis.

- Libanotis.* 1. CACHRYS foliis pinnatis, foliolis acutis multifidis. *h. m.* 139.
 Libanotis cachryophoros quibusdam flore luteo. *mag. Bot.* 154.
 Cachrys semine fungoso lævi, foliis fœrulaceis. *mag. hort.* 36.

L I G U S T I C U M.

Involucra membranacea. fructus oblongus utrinque 5-sulcatus.

Herba. fol. 2-pinnata : foliolis oppositis sessilibus basi integris.

1. **LIGUSTICUM** foliis multiplicibus : foliolis superne incis. *h. m. 141. L'iveche. Levisticum.*

Ligusticum vulgare foliis apii. mag. hort. 117.

* **PHARM.** *L. vivipari* radix, herba, succus, semina, oleum stillatitium. Vis alexiteria, carminativa, emmenagoga, pellens, antiauriginosa, antihysterica. *radix* pulverata à drach. ss. ad drach. i. *semina* à scrup. i. ad drach. ss. *succus* ad unc. iii.

OBS. Confer, *apium pyrenaicum thapsia facie. Tour.*

2. **LIGUSTICUM** foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incis. *Linn. sp. pl. 250. Peloponesicum.*
Cicutaria latifolia fœtida. Tour. inst. 322. mag. hort. 56.

HABITAT à l'Esperou, au précipice de la Ferèze.

A N G E L I C A.

Fructus subrotundus angulatus solidus, fulcis utrinque tribus.

Herba. fol. 2-pinnata : foliolis latiusculis oppositis simplicibus sessilibus. inflor. umbella universalis hemisphærica : umbellæ partiales globosæ.

1. **ANGELICA** foliorum impari lobato. *h. m. 142. Archangelica.*
L'angélique.

Angelica sativa. mag. hort. 15. & archangelica dicta. ibid.

* **PHARM.** *Angelica sativæ* radix, folia, semina, aqua. Vis alexiteria resolvens, sudorifera, carminativa, stomachica, emmenagoga, antihysterica. *Radix* in substantia ad drach. i. in decocto, seu prisana, ad unc. i.

2. **ANGELICA** foliolis æqualibus ovato-lanceolatis serratis. *Linn. sp. pl. 250. Sylvestris.*

Imperatoria pratensis major, *Tour. inst.* 317.

Angelica sylvestris major. *mag. hort.* 15.

* PHARM. *Angelica sylvestris* radix, folia. Vis eadem, sed debilior, prioris, malè succedanea, antiepileptica.

HABITAT à l'Esperou, à Banahu.

* Umbellati involucro nullo.

T H A P S I A.

Fructus oblongus magnus convexus, emarginatus, membranâ cinctus.

Herba. fol. 2 - pinnata : foliolis pinnatifidis.

- Villosa.* 1. THAPSIA foliolis dentatis basi coadunatis. *h. m.* 148.
Thapsia quorundam hirsuta & aspera cicutæ folio, flore luteo, semine lato. *mag. Bot.* 249. *hort.* 193.
- Fætida.* 2. THAPSIA foliolis multifidis basi angustatis. *h. m.* 148.
- Asclepium.* 3. THAPSIA foliis multifidis setaceis. *h. m.* 148.

P A S T I N A C A.

Fructus ellipticus compresso-planus.

Herba. fol. pinnata : foliolis oppositis suborbiculatis incisis.

- Sativa.* 1. PASTINACA foliis simpliciter pinnatis. *h. m.* 149.
Le pansis.
Pastinaca sylvestris latifolia. *mag. Bot.* 199. *hort.* 154.
2. Pastinaca sativa latifolia. *mag. hort.* 154.
- * PHARM. *Pastinaca sativa*, & *sylvestris* radix, semina. Vis nutriens, flatulenta, aphrodisiaca, febrifuga. *Semina* ad drac. III, in vini albi cisthis duobus, ad unum coquendo reductis pro una dosi. *radix* ad man. II : coque & infunde

in vini albi unc. xvi. cola & exprime pro triplici dosi.

2. PASTINACA foliis decompositis pinnatis. *h. m.* *Opoponax.*
149.

Panax costinum. mag. Bot. 197.

Pastinaca sylvestris altissima. mag. hort. 154.

* PHARM. *Opoponacis* gummi. Vis nervina, antiparalytica, incidens, antiasthmatica, antitussiculosa, eccoprotica, deobstruens, emmenagoga, extus resolvens. Datur intus à drach. ff. ad drach. i.

A N E T H U M.

Fructus subovatus compressus striatus, marginatus.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis filiformibus teretiufculis.

1. ANETHUM fructibus ovatis. *h. m.* 150. *Le Feniculum. fenouil.*

Feniculum vulgare minus acriori & nigriori semine. *mag. Bot. 98. hort. 80.*

- β. Idem foliis longioribus. *mag. hort. 80.*

- γ. *Feniculum* dulce. *mag. hort. 80.*

* PHARM. *Feniculi* radix, herba, succus, aqua, semina, oleum stillatitium. Vis resolvens, aperiens, diuretica, sudorifera, expectorans, stomachica, carminativa, galactophora, ophthalmica, febrifuga. *succus* ad unc. iii. iv. *radix* ab unc. ff, ad unc. i. *semina* à drach. ff, ad drach. i. *oleum* ad guttas vi.

C A R U M.

Petala cordata emarginata. *fructus* ovato-oblongus striatus gibbus.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis tenuibus incisis.

1. CARUM. *h. m.* 150. *mag. hort. 45. Le carvi. Carvi.*

* PHARM. *Carvi* radix, femina, oleum fillati-
tium. Vis incidens, resolvens, diuretica, em-
menagoga, stomachica, carminativa, anticoli-
calis, febrifuga. *femina* à scrup. i. ad drach. i.
in substantia ad drach. i. ad drach. i. ff. in in-
fuso. *oleum* à gutt. III ad VI.

PIMPINELLA.

Fructus ovato-oblongus, seu apice an-
gustior.

Herba. inflo. umbellis ante florescentiam
nutantibus: vigente florescentiâ erec-
tis. *fol.* pinnata.

Saxifraga.

1. PIMPINELLA foliis pinnatis, foliolis radicalibus
subrotundis, summis linearibus. *h. m.* 150. *La*
bouquetine.
- β. Pimpinella saxifraga major altera. *mag. Bot.* 204.
Saxifraga magna. mag. hort. 178. & major altera.
ibid. 179.
- γ. Pimpinella saxifraga minor. *mag. Bot.* 204.
Saxifraga parva. mag. hort. 179.
- δ. *Saxifraga* major in Alpibus flore rubente. *mag.*
hort. 179.

* PHARM. *Pimpinellæ saxifragæ* radix, herba,
femina, aqua. Vis incidens diuretica, emme-
nagoga, sudorifera, stomachica, masticatoria,
cosmetica.

Obs. β Foliola gerit suborbiculata; γ foliola trifida,
lobo medio tripartito, lobulis quadrifidis; δ, foliola
semibiloba circumferrata.

APIUM.

Petala inflexa. *fructus* striati ovati mi-
nimi.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis petiolatis.

Obs. Cari & apii umbellæ universales folio involucriformi
sæpius donantur.

I. APIUM

1. APIUM foliolis caulinis linearibus. *h. m.* 151. *Le persil.* *Petroselinum*
 Apium hortense, seu petroselinum vulgò. *mag.*
hort. 20.
- * PHARM. *Petroselini* radix, herba, semina, succus. Vis aperiens, emmenagoga, resolvens, lactifuga, contusioni, pediculis adversa, diaphoretica. *Radix* ab unc. ss. ad unc. i.
2. APIUM foliolis caulinis cuneiformibus. *h. m.* 151. *Graveolens.*
Le céleri.
 Apium palustre, seu officinarum. *mag. Bot.* 24. *hort.* 20.
3. Apium palustre minus, cauliculis procumbentibus, ad alas floridum. *Tour. inst.* 305.
4. Apium dulce, celeri Italarum. *mag. hort.* 20.
- * PHARM. *Apii* radix, herba, succus, semina. Vis aperiens, resolvens, sudorifera, diuretica, emmenagoga, febrifuga, lactifuga, carminativa, antihysterica, noxia apoplecticis, epilepticis, vertiginosis, caliginosis, cautè danda.

Æ G O P O D I U M .

Fructus ovato-oblongus striatus. *petala* cordata.

Herba. fol. petiolata: petiolo triquetro; radicalis 2-ternata foliolis sessilibus; caulina ternata foliolis petiolatis.

1. ÆGOPODIUM foliis caulinis ternatis. *h. m.* 152. *Podagraria.*
L'herbe à gerard.
 Ligusticum quod angelica sylvestris minor, sive erratica. *mag. hort.* 117.

P E N T A N D R I A

T R I G Y N I A .

R H U S .

Cal. 5-partitus. *bacc.* 1-sperma.

Frutex. fol. alterna impari-pinnata,
 F

- Voraria.* 1. RHUS foliis pinnatis obtusiusculè ferratis ovalibus
subtus villosis. *h. m.* 154. *Le sumac.*
Rhus folio ulmi. *mag. Bot.* 222.
Sumach Arabum Rauwolf. *mag. hort.* 190.
* PHARM. *Rhus*, seu *sumach* folia, semina, flores.
Vis adstringens, refrigerans, antihæmorrhagica,
antidiarrhoïca, cautè usurpanda. Datur *racemus*
feminum in aquæ pinta. *Folia* ad manip. 1, in
aquæ pinta.. *semina* ad unc. ff.

T A M A R I X.

Cal. 5-partitus. *caps.* 1-locularis trivalvis.
sem. papposa.
Frutex. *fol.* imbricata minima. *in flor.*
racemi longissimi erecti teretes ter-
minales.

- Gallica.* 1. TAMARIX floribus pentandris. *h. m.* 155. *Le*
tamarisc.
Tamariscus narbonensis. *mag. Bot.* 248.
Tamarix major, sive arborea narbonensis. *mag.*
hort. 192.
* PHARM. *Tamarisci* radice, ligni cortex, folia,
sal lixivial. Vis aperiens, resolvens, splenica.
Cortex radice, ligni, ad unc. 1.. sal à scrup. 1.
ad drach. 1.

C O R R I G I O L A.

Cal. 5-phyllus. *sem.* 1 triquetrum.
Herba. *fol.* sparsa integerrima. *in flor.* glo-
merata sparsa.

- Littoralis.* 1. CORRIGIOLA foliis lanceolatis sessilibus. *h. m.*
155.
Polygonifolia per terram sparsa, flore scorpioïdes.
mag. Bot. 210.
Herniaria supina scorpioïdes. *mag. hort.* 196.

A L S I N E.

Cal. 5 -phyllus. *petala* 2 -partita. *capsf.*
1-locularis trivalvis.

Herba articulata debilis. *fol.* opposita pe-
tiolata integerrima. *in flor.* pedunculo
axillari 1 -floro.

1. ALSINE foliis ovato-cordatis. *h. m.* 156. *La Media,*
morgeline.

Alfine vulgaris, five morsus gallinæ. *mag. Bot.* 12.

Alfine media. *mag. hort.* 10.

Obs. Variat staminibus 3, 7, 10, pistillisque totidem.

L I N U M.

Cal. capsf. sem. caul. fol. in flor. Vide infra
Pentandr. pentagyniam. *styli* 3.

9. LINUM calycibus acutis, foliis alternis lineari-
lanceolatis. *h. m.* 159. Paniculæ ramis bifloris. *Trigynum;*

Linum sylvestre minus flore luteo. *mag. Bot.* 160.
hort. 121.

P E N T A N D R I A

T E T R A G Y N I A.

P A R N A S S I A.

Cal. 5-partitus. *nectaria* 5-cordata, cilia-
ta, apicibus glandulosis. *capsf.* 4-valvis,
1-locularis, ovato-4-gona.

Herba simplicissima 4-gona. *fol.* radicalis
petiolata: caulina solitaria. *in flor.* ter-
minalis solitaria.

1. PARNASSIA foliis cordatis: caulino amplexi-
cauli. *h. m.* 157. *Palustris,*

Ranunculoïdes quod parnassia palustris. *mag. hort.*
170.

PENTANDRIA

PENTAGYNIA.

SPERGULA.

Cal. caps. caul. inflor. Vide infra Decandr.
pentagyniam. *fol.* verticillata integerrima.

- Pentandra.* 4. SPERGULA foliis verticillatis, floribus pentan-
dris. *b. m.* 224.
Alfine spergulæ facie minima. *mag. Bot.* 14.
hort. 11.

LINUM.

Cal. 5-phyllus: foliolo altero sæpius inæ-
quali. *caps.* 5-valvis, 10-ocularis.

Herba. fol. incerta, sessilis integerrima.
inflor. suppaniculata terminalis.

* *Alternifolia.*

- Usitatissimum* 1. LINUM calycibus, capsulisque mucronatis, petala
crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule sub-
solitario. *b. m.* 158. *Le lin.*

Linum angustifolium. *mag. Bot.* 160.

Linum sativum. *mag. hort.* 121.

Linum arvense. *mag. hort.* 121.

* PHARM. *Lini sativi* semina, oleum expressum.
Vis relaxans, emolliens, demulcens, anodina,
antidyfurica, anticolicalis, antitussiculosa. *Semen*
pro potionibus, ptisanis infunditur, decoquitur
pro clysteribus. *Oleum* datur ad unc. I. II. III. IV.

- Perenne.* 2. LINUM calycibus capsulisque obtusis, foliis al-
ternis lanceolatis integerrimis. 158.

Linum perenne majus cæruleum capitulo majore.
mag. hort. 121.

3. LINUM calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis, strictis acuminatis, caule tereti basi ramoso. *h. m.* 158. *Narbonense.*
 Linum sylvestre angustifolium, cæruleo amplo flore. *mag. Bot.* 161. *hort.* 121.
4. LINUM calycibus acuminatis, foliis sparsis linearibus setaceis retrorsum scabris. *h. m.* 158. *Tenuifolium.*
 Linum sylvestre angustifolium, floribus dilutè purpurascensibus vel carneis. *mag. Bot.* 160. *hort.* 121.
5. Linum sylvestre floribus albis. *mag. Bot.* 160. *hort.* 121.
5. LINUM calycibus subserrato-scabris lanceolatis, paniculæ ramis dichotomis. *h. m.* 159. *Flavum.*
6. LINUM calycibus foliisque lanceolatis strictis mucronatis, margine scabris. *h. m.* 159. paniculâ conglobatâ. *Strictum.*
 Linum foliis asperis umbellatum luteum. *mag. Bot.* 164. *hort.* 121.
7. LINUM foliorum basi utrinque puncto glanduloso. *h. m.* 159. *Campanulatum.*
 Linum sylvestre luteum foliis subrotundis. *mag. Bot.* 163. *hort.* 121.
8. LINUM calycibus ovatis acutis muticis, foliis lanceolatis, inferioribus oppositis. *h. m.* 159. *Maritimum.*
 Linum maritimum luteum. *mag. Bot.* 160. *narbonense. hort.* 121.

** *Oppositifolia.*

10. LINUM foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *h. m.* 160. *Catharticum.*
 Linum minimum, vel alsine verna glabra flosculis exiguis albis. *mag. Bot.* 161.
 Linum pratense flosculis exiguis. *mag. hort.* 122.
- * PHARM. *Lini cathartici* herba. Vis cathartica, subemetica, subhydragoga. Datur herbæ man. i. infusum supra cineres calidos in vini albi cyatho, scopo purgandi. *folia* recentia ad drach. i vel ii, vel exsiccata ad drach. i; cum cremore

tartari & femine anifi mitiorem catharfim excitant.

D R O S E R A.

Cal. 5 -fidus. *capf.* 1 -locularis : apice 5-valvi , polysperma.

Herba. fulc. glandulæ petiolatæ confertæ glutinosæ fupra folia.

Rotundifolia 1. DROSERA fcapis radicatis , foliis orbiculatis. *b. m.* 160. *Le roffolis.*

Ros folis folio rotundo. *mag. hort.* 174.

* PHARM. *Roris folis* herba , fyrupus. Vis aliis fufpecta corroſiva , aliis probata , pectoralis , aſthmati , tuſſi inveteratæ , ulceri pulmonum adverſa. Datur *pulverata* ad drach. 1... *infuſa* ad uſque drach. 11.. *fyrupus* ad unc 1.

S T A T I C E.

Cal. 1-phyllus integer , plicatus , infundibuliformis. *fem.* 1.

Herba : ſcapus rigidus paniculato-ramoſus : *fol.* radicalis rigida.

Armeria. 1. STATICE ſcapo ſimplici capitato. *b. m.* 157. *Le ſtatices ou gazon d'Olympe.*

Caryophyllus montanus major flore globoſo. *mag. Bot.* 54.

Stalice Lugdunenfium. *mag. hort.* 189.

β. Caryophyllus montanus minor , flore globoſo. *mag. Bot.* 54.

Stalice montana minor. *mag. hort.* 189.

* PHARM. *Statices* herba. Vis vulneraria , antiulcerofa , adſtringens , iſchæma.

Limonium. 2. STATICE ſcapo paniculato tereti , foliis lævibus. *b. m.* 157.

Limonium maritimum majus. *mag. Bot.* 155. *hort.*

119.

Oleasolia. β. Foliis lanceolatis.

- Limonium maritimum minus oleæ folio. *mag. Bot.*
 155. *hort.* 119.
2. Foliis obovatis. *Bellidifolia:*
 Limonium maritimum parvum bellidis minoris
 folio. *mag. Bot.* 155. *hort.* 119.
3. Ramis frutescentibus perennantibus. *Suffruticosum.*
 Limonium fruticosum. *mag. Bot. app.* 301.
 Limonium fruticosum glabrum. *mag. hort.* 119.
 Limonium maritimum minimum. *mag. hort.* 119.
 * PHARM. *Behen rubri* radix. Vis corroborans,
 antihæmorrhagica. *Linn.*
3. STATICE scapo paniculato tereti, foliis lævibus. *Echioïdes.*
b. m. 157.
 Limonium minus annuum bullatis foliis. *mag. Bot.*
 157. *icon.* 156. *hort.* 119.
4. STATICE scapo nudo paniculato, foliis obversè *Cordata.*
 ovatis emarginatis. *Linn. sp. pl.* 275.
 Limonium maritimum minus foliolis cordatis. *mag.*
Bot. 156. *hort.* 119.
 HABITAT ad mare ultra montem Cetium, &
 ultra *Maguelone.*
5. STATICE scapo paniculato prostrato, ramis ste- *Reticulata.*
 rilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus.
Linn. sp. pl. 275.
 Limonium supinum reticulatum. *mag. Bot.* 156.
hort. 119.
 HABITAT in paludosis circa *Peraults.*

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

FRANKENIA.

Cal. infundibul. 5-fidus. *stigma* 6-parti-
 tum. *caps.* 1-ocularis trivalvis.

Herba rigescens procumbens. *in flor.* soli-
 taria axillaris sessilis.

232 PENTAPETALI

Levis. 1. FRANKENIA foliis linearibus basi ciliatis quaternis. *h. m.* 185.

Polygonum alterum pufillo vermiculato folio. *mag. Bot.* 210.

Anthyllis perennis supina flore purpurafcente. *mag. hort.* 18.

OBS. Occurrit sæpius foliis quaternis, oppositifve.

Pulverulenta 2. FRANKENIA foliis obovatis retulis tubtus pulverulentis. *h. m.* 185.

Anthyllis marina Narbonensium altera. *mag. Bot.* 22.

Anthyllis maritima chamæfyce fimilis. *mag. hort.* 18.

HEXANDRIA

DIGYNIA.

VELEZIA.

Cal. tubulosus 5-dentatus. *petala* exigua. *caps.* 1-locularis. *femina* serie simplici.

Herba, stricta articulata subdichotoma. *fol.* opposita subulata connata.

Rigida. 1. VELEZIA. *h. m.* 185.

Lychnis minima rigida Cherleri. *mag. Bot.* 171. *hort.* 126.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

MELIA.

Cal. 5-dentatus. *nectar.* cylindricum coloratum, longitudine calycis: ore 10-dentato. *drupa* nucleo 5-loculari angulato.

*Arbor. fol. alterna impari-2-pinnata :
foliolis petiolatis.*

1. MELIA foliis bipinnatis. *h. m.* 207.
Azedarach. mag. hort. 30.

Azedarach.

T R I B U L U S.

*Cal. 5-partitus. capsulæ 5 gibbæ spinosæ
polypermæ. styl. 0.*

*Herba prostrata. fol. abruptè pinnata op-
posita, alternatim trijuga sexjugaque.*

1. TRIBULUS foliolis sexjugatis subæqualibus. *h. Terrestris.*
m. 207.

Tribulus terrestris. mag. Bot. 260.

Tribulus terrestris ciceris folio, fructu aculeato.
mag. hort. 198.

P Y R O L A.

Cal. 5-partitus. antheræ sursum 2-cornes.
capsf. 5-ocularis, angulis dehiscens.

*Herba, subscaposa : fol. subradicalis pe-
tiolata; petiolo quolibet ex ala squamæ
membranaceæ prodeunte.*

1. PYROLA staminibus ascendentibus, pistillo de-
clinato. *h. m.* 208. *La pyrole.*

Pyrola rotundifolia major. mag. hort. 166.

* PHARM. *Pyrole* herba. Vis corroborans, vulne-
raria, adstringens, ischæma, antileucorrhœica.
Datur in substantia ad drach. 1. in infusi aut
decocti unc. XII, ad pugil. 1.

2. PYROLA floribus racemosis dispersis, staminibus
pistillisque rectis. *Linn. sp. pl.* 397.

Pyrola rotundifolia minor. Tour. inst. 256.

HABITAT à l'Esperou, à Lamalou.

3. PYROLA racemo unilaterali. *Linn. sp. pl.* 397. *Secundæ*
Pyrola folio mucronato serrato. Tour. inst. 256.

HABITAT cum priori. Folia acuminata argutè ferrata.

DECANDRIA

DIGYNIA.

SAXIFRAGA.

Cal. 5-fidus. *capsf.* 2-rostris, 1-ocularis; inter apices dehiscens.

Herba. fol. alterna incerta. *in flor.* terminalis pedunculata.

* *Foliis indivisis, caule subnudo.*

- Cotyledon.* 1. SAXIFRAGA foliis radicatis aggregatis linguatis cartilagineoferratis, caule paniculato. *b. m.* 209.
- Bryoïdes.* 2. SAXIFRAGA foliis ciliatis reflexis, caule nudifloro. *Linn. sp.* 400.
Saxifraga pyrenaica minima lutea musco similis. *Tour. inst.* 253.
HABITAT à l'Esperou, à l'Aigual.
- Cæsia.* 3. SAXIFRAGA foliis linearibus subtus punctatis aggregatis recurvatis, caule nudo multifloro. *Linn. sp.* 400.
Saxifraga alpina minima foliis cæsiis deorsum incurvis. *T. Seguiet. Veron.* 449. *tab.* 9. *fig.* 2.
HABITAT à l'Éspinouse au delà de Lamalou. Folia minima in rosulas densè aggesta. Altitudo vix sesquiuncialis.
- Stellaris.* 4. SAXIFRAGA foliis ferratis, caule nudo ramoso, petalis acuminatis. *Linn. sp.* 400.
Saxifraga sedi folio pyrenaica ferrata. *Tour. inst.* 259.
HABITAT cum prioribus. Altitudo palmaris. Folia basi integra, interdum obtusa.

** *Foliis indivisis, caule folioso.*

5. SAXIFRAGA foliis caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inerimibus, caulibus decumbentibus. *Aizoides;*
Linn. sp. pl. 401. h. m. 209.
 Sedum alpinum flore pallido. *mag. Bot. 235. hort. 182.*
6. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis. *Rotundifolia;* *h. m. 209.*
 Geum rotundifolium majus. *mag. hort. 187.*

*** *Foliis lobatis, caule erecto.*

7. SAXIFRAGA foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. *Granulata;* *h. m. 210.*
 * PHARM. *Saxifrage albæ* radix, herba. Vis diuretica. Datur *radix* ad unc. fl. infusa in vini albi unc. XII. *folia* ad man. I. decocta in aquæ pinta.
8. SAXIFRAGA foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. *Tridactylites;* *h. m. 210.*
 Sedum tridactylites tectorum. *mag. Bot. 238. hort. 88.*
 * PHARM. *Paronychiæ* herba. Vis antiauriginosa ex *Boyleo*, antiscrophulosa ex *Rajo*. Datur infusa in cerevisia aut vino albo.
9. SAXIFRAGA foliis aggregatis radicatis linearibus integris, trifidisque, caule erecto subnudo subbifloro. *Cespitosa;* *h. m. 210.*
 Sedum tridactylites alpinum minus. *mag. Bot. 238. hort. 88.*

*** *Foliis lobatis, caulibus procumbentibus.*

10. SAXIFRAGA foliis caulinis linearibus integris trifidisque, stolonibus procumbentibus, caule nudiusculo erecto. *Hypnoides;* *h. m. 210.*
 Geum alpinum folio trifido. *mag. hort. 88.*
11. SAXIFRAGA foliis caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule ascendente subvillosa. *Ascendens;* *h. m. 210.*

GYPSOPHILA.

Cal. 1-phyllus campanulatus angulatus :
angulis coloratis. *petala* ovata sessilia.
caps. globosa 1-ocularis.

Herba, articulata. *fol.* opposita sublinea-
ris, basi connata.

Aggregata. 1. GYPSOPHILA foliis mucronatis recurvatis, flo-
ribus aggregatis. *h. m.* 211.

Caryophyllus saxatilis ericæ folio, umbellatis co-
rymbis. *mag. Bot.* 53. *icon.* 52.

Alfine ericoïdes umbellatis corymbis. *mag. hort.*
11.

Fastigiata. 2. GYPSOPHILA foliis lanceolatis linearibus obso-
letè triquetris lævibus obtusis secundis. *h. m.*
212.

Rigida. 3. GYPSOPHILA foliis lineari-lanceolatis planis,
caule dichotomo, pedunculis bifloris, petalis
emarginatis. *h. m.* 212.

Saxifraga. 4. GYPSOPHILA foliis linearibus, calycibus angu-
latis, squamis sæpius duabus, corollis crenatis.
h. m. 212.

HABITAT inter saxa ad lævam à Grabels.

SAPONARIA.

Cal. 1-phyllus, altero latere sæpius de-
hiscens. *petala* unguiculata. *caps.* oblon-
ga 1-ocularis.

Herba, articulata. *fol.* latiuscula opposita
basi connata.

Officinalis. 1. SAPONARIA calycibus cylindricis, foliis ovato-
lanceolatis. *h. m.* 211. *La savonaire.*

Saponaria major lævis. *mag. Bot.* 229.

Lychnis sylvestris quæ saponaria vulgò. *mag. hort.*
126.

* PHARM. *Saponaria* herba, femina. *Vis herbe*

antitherpetica, antiscabiosa, diuretica, sudorifera, emmenagoga, antivenerica. *Seminum* anti-epileptica. *Folia* intus in decocto & extus ad lotium. *Semina* pulverata ad drach. 1.

2. SAPONARIA calycibus pyramidatis quinqueangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. *h. m.* 211. *Vaccaria.*

Lychnis segetum rubra foliis perfoliatae. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.

3. SAPONARIA calycibus cylindricis villosis, caulibus dichotomis procumbentibus. *h. m.* 211. *Ocymoides.*

Lychnis vel ocymoides repens montanum. *mag. Bot.* 172. *hort.* 126.

D I A N T H U S.

Cal. 1-phyllus cylindricus. *petala* unguiculata. *caps.* cylindrica 1-locularis.

Herba, articulata. *fol.* subulata enervia. *fulc.* squamæ ad basim calycis singuli, oppositæ.

* *Floribus aggregatis.*

1. DIANTHUS floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis tubum æquantibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 313. *Barbatus.*

2. DIANTHUS floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubum subæquantibus, foliis linearibus. *h. m.* 213. *Carthusianorum.*

3. DIANTHUS floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. *h. m.* 213. *Prolifer.*

Caryophyllus sylvestris prolifer. *mag. Bot.* 52. *hort.* 46.

4. DIANTHUS floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis lanceolatis villosis tubum æquantibus. *h. m.* 213. *Armeria.*

Caryophyllus sylvestris barbatus. *mag. Bot.* 52. *hort.* 47.

** *Floribus solitariis, pluribus in eodem caule.*

- Caryophyllus* 5. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. *h. m.* 214. *L'œillet.*
Caryophyllus hortensis flore majore simplici. *mag. hort.* 47.
 * PHARM. *Caryophylli* flores, syrupus, aqua. Vis cardiaca, sudorifera alexiteria. *Syrupus* ad unc. i. aut ii.
- Deltoides.* 6. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *h. m.* 214.
Caryophyllus sylvestris vulgatissimus. *mag. Bot.* 52.
Caryophyllus sive *betonica coronaria*, corollâ purpureâ insignis. *mag. hort.* 46.
- Plumarius.* 7. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus. *h. m.* 214. caule debili.
Caryophyllus sylvestris flore tenuissimè dissecto. *mag. Bot.* 52. *hort.* 46.
- Monspeliacus* 8. DIANTHUS floribus solitariis, squamis calycinis longitudine tubi, corollis multifidis, caule erecto. *Linn. sist. nat.* 1029.
 HABITAT cum priori, à l'Esperou, à l'Aigual. Facies dianthi plumarii; corollæ faux sæpius glabra, interdum pubescens. An satis à priori distinctus?

*** *Caule unifloro herbaceo.*

- Arenarius.* 9. DIANTHUS caulibus subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis multifidis, petalis, foliis linearibus. *h. m.* 214.
Caryophyllus sylvestris humilis flore unico. *mag. hort.* 46.
- Virginicus.* 10. DIANTHUS caulibus subunifloris, corollis crenatis, squamis calycinis brevissimis, foliis subulatis. *Linn. sist. nat.* 1031.

Caryophyllus sylvestris repens multiflorus. *mag. Bot.*
52.

HABITAT in descensu montis *Capouladou*, & à
Las Cambrettes. Circa *Monspelim* pariter col-
legerat *Burserus*; in monte ventoso vidit D.
Vicari; & circa *Narbonam* D. *Solier.*, *Folia*
radicalia conferta imbricata. *Cauliculi* vix pal-
mares aut breviores; foliorum oppositionibus
3-4.

D E C A N D R I A

TRIGYNIA.

C U C U B A L U S.

Cal. inflatus. *petala* bifida unguiculata.
caps. 3-locularis.

Herba, articulata. *fol.* radicalis, à cau-
lina diversa, latior.

1. CUCUBALUS calycibus campanulatis, petalis *Baccifer,*
distantibus, fructu colorato, ramis divaricatis.
h. m. 215.
Alpine scandens baccifera. *mag. Bot.* 15.
Solanis aliquatenus affinis. *mag. hort.* 187.
2. CUCUBALUS calycibus subglobosis glabris reti- *Behenæ*
culato-venosis, capsulis 3-locularibus, corollis
subnudis. *h. m.* 215.
Lychnis sylvestris quæ *behen album* vulgò. *mag.*
Bot. 168. *hort.* 127.
- ♁. Eadem flore incarnato, aut rubro. *mag. hort.*
127.
3. CUCUBALUS floribus spicatis alternis secundis *Reflexus,*
subsessilibus, corollis obtusis nudis. *h. m.* 215.
Lychnis sylvestris albâ spicâ reflexâ. *mag. Bot.* 171.
icon. 170. *hort.* 126.

SILENE.

Cal. ventricosus. *petala* bifida unguiculata, coronata ad faucem. *caps.* 3-locularis.

Herba. *fol.* opposita connata subæqualis.

* *Floribus lateralibus solitariis.*

Quinqu-
vulnera.

1. SILENE petalis integerrimis subrotundis, fructibus erectis alternis. *h. m.* 216.
Lychnis sylvestris lanuginosâ minor. *Tour. inst.* 336. *hort. mag.* 126. *Bot.* 169.

** *Floribus lateralibus confertis.*

- Nutans.* 2. SILENE petalis bifidis, floribus lateralibus secundis cernuis, caule recurvato. *h. m.* 216.
Lychnis viscosa montana alba latifolia. *mag. Bot.* 168. *hort.* 126.

*** *Floribus ex dichotomia caulis.*

- Conoïdæa.* 3. SILENE calycibus fructuum globosis acuminatis, striis triginta foliis glabris. *h. m.* 216.
Lychnis sylvestris latifolia calycibus turgidis striatis. *mag. Bot.* 169. *hort.* 126.

- Behen.* 4. SILENE calycibus ovatis glabris venoso-reticulatis, capsulis trilocularibus. *h. m.* 216.

- Muscipula.* 5. SILENE petalis bifidis, caule dichotomo, floribus axillaribus sessilibus, foliis glabris. *h. m.* 217.
Lychnis sylvestris viscosa rubra altera. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.

- Armeria.* 6. SILENE floribus fasciculatis fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris. *h. m.* 217.
Lychnis viscosa purpurea latifolia lævis. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.

- Inaperta.* 7. SILENE caule paniculato dichotomo, calycibus lævibus, petalis brevissimis emarginatis, foliis glabris lanceolatis. *Linn. sp. pl.* 419.

Lychnis

Lychnis sylvestris minima flore muscoso. mag. Bot.
171. *hort.* 127. *Tour.* 337.

HABITAT in luco Gramuntio & à *Perauls.*

8. *SILENE floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis. h. m. 217.* *Rupestris.*

Caryophylli minima species flore albo. mag. Bot.
54.

Lychnis alpina glabra pumila. mag. hort. 127.

9. *SILENE cauliculis unifloris, pedunculis longitudine caulis. h. m. 217.* *Saxifraga,*

Caryophyllus saxifragus. mag. Bot. 53.

Lychnis saxifraga perennis angustifolia. mag. hort.
127.

S T E L L A R I A.

Cal. 5-phyllus patens. petala 2-partita.
caps. 1-locularis polysperma.

Herba, articulata. fol. incerta, simplex, opposita.

1. *STELLARIA foliis cordatis petiolatis, pedunculis ramosis. h. m. 218.* *Nemorum,*

Alfne altissima nemorum. mag. hort. 10.

2. *STELLARIA foliis ovariis sessilibus, caule dichotomo, floribus solitariis, pedunculis fructiferis reflexis. h. m. 218.* *Dichotoma,*

3. *STELLARIA foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. h. m. 218.* *Graminea,*

Alfne pratensis gramineo folio angustiore. mag. hort. 11.

4. *STELLARIA foliis oblongis, pedunculis subbifloris. Linn. sp. pl. 423.* *C. ruscoides,*

HABITAT à *l'Esperou, à l'Hort de Diou, & à l'Aigual.*

A R E N A R I A.

Cal. 5-phyllus patens. petala integra.
caps. 1-locularis polysperma.

Herba, articulata. fol. opposita sessilis
basi connata.

- Grandiflora.* 1. ARENARIA foliis subulatis strictis, radicalibus confertis imbricatis, caulibus unifloris. *Lim. fist.* 1034.
 Alfine uniflora & grandiflora, foliis acuminatis, & petalis integris. *Allion. stirp. pedem. specim.* 1^o. *tab.* 10. *fig.* 1.
 HABITAT à l'Esperou, & à l'Espinoûse ultra Lamalon. Hanc semel tantum anno 1761 collegi in via quâ itur ad lucam gramuntium. Vix biuncialis; oppositionibus foliorum sæpius binis, aut unicâ.
- Trinervia.* 2. ARENARIA foliis ovatis acutis nervosis subpetiolatis. *h. m.* 218.
 Alfine plantaginis folio. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.
 HABITAT frequens in descensu montis Capouladou.
- Serpyllifolia.* 3. ARENARIA foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. *h. m.* 218.
 Alfine minor multicaulis. *mag. Bot.* 13. *hort.* 11.
- Rubra.* 4. ARENARIA foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus. *h. m.* 218.
- Campestris.* α. Foliis internodio longioribus.
 Alfine spergulæ facie minor, seu spergula minor flore subcæruleo. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.
- Marina.* β. Foliis internodis æqualibus.
 Alfine spergulæ facie media. *mag. Bot.* 13. *hort.* 10.
 OBS. Pedunculi terminales racemosi bifidi, flosculis alternis secundis.
- Saxatilis.* 5. ARENARIA foliis subulatis, caulibus paniculatis, calycum foliolis ovatis. *h. m.* 219.
 Caryophyllus saxatilis foliis tenuissimis, pulchro flore albo. *mag. Bot.* 53.
 Alfine saxatilis laricis folio major & majori flore. *mag. hort.* 11.
 Alfine saxatilis laricis folio minor & minori flore. *mag. hort.* 11. *icon.* 10.
- Tenuifolia.* 6. ARENARIA foliis subulatis, caule paniculato, pedunculis simplicibus, capsulis erectis, petalis calyce brevioribus. *h. m.* 219.
 Alfine tenuifolia. *mag. Bot.* 13. *hort.* 11.
- Laricifolia.* 7. ARENARIA foliis setaceis, caule supernè nudiusculo, calycibus subhirsutis. *h. m.* 219.

8. ARENARIA foliis ovatis nervosis sessilibus acutis. *Multi-caulis.*
Linn. sist. nat. 1034.
 Arenaria foliis ovatis ciliatis acutis. *h. m.* 219. *Ciliata.*
9. ARENARIA foliis subulatis subtus hispidis. *Linn. sp.* 425. *Hispida.*
 HABITAT à l'Esperou.

D E C A N D R I A

P E N T A G Y N I A.

S E D U M.

Cal. 5-fidus. *squamæ* nectariferæ 5 ad
 basim germinis. *caps.* 5.
Herba. fol. succulenta sessilis.

* *Planifolia.*

1. SEDUM foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. *h. m.* 220. *L'orpin.* *Telephium.*
Telephium vulgare. mag. Bot. app. 305. *hort.* 192.
 * PHARM. *Faba crassæ* seu *telephii* radix, folia. Vis refrigerans, antiphlogistica, anodina, vulneraria, excoriationi, paronychiæ, phymosi, hæmorrhoidibus adversa. Extus usurpatur, rarissime intus.
2. SEDUM foliis planis, caule ramoso, floribus paniculatis. *h. m.* 221. *Cepæna.*
 Sedis affinis. *mag. hort.* 183.
 ABUNDAT in salicetis juxta amnem à *Lamalou.*

* * *Teretifolia.*

3. SEDUM foliis ovatis oppositis obtusis carnosis, caule infirmo, floribus sparsis. *h. m.* 221. *Dasyphyllum.*
 Sedum minus folio circinnato. *mag. Bot.* 236. *hort.* 182.
4. SEDUM foliis subulatis sparsis basi solutis, inferioribus recurvatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 618. *Reflexum.*

244 P E N T A P E T A L I

Sedum minus luteum folio acuto. *mag. Bot. 235. hort. 182.*

β. Sedum minus luteum flore se circumflectente. *mag. Bot. 235. hort. 182.*

Album. 5. SEDUM foliis oblongis obtusis teretiusculis patentibus, cymâ ramosâ. Sedum minus teretifolium album. *mag. Bot. 236. hort. 182.*

* PHARM. *Vermicularis* seu *crassula minoris* herba. Vis sempervivi.

Acre. 6. SEDUM foliis subovatis adnato-fessilibus gibbis erectiusculis alternis. *Le pain d'oiseau, ou vermiculaire brûlante.*

Sedum parvum acre flore luteo. *mag. Bot. 236. hort. 182.*

* PHARM. *Illecebra minoris* seu *sedi minoris* herba. Vis vomitoria, antiscorbutica, antihydrica, antiquartanaria, cautè intus danda. Datur fucus lacti mixtus intus ab unc. i. ad unc. ii. foliorum ad man. i. in lib. i. cerevisiæ ad medietatis consumptionem decoctorum: dosis est unc. iii, quolibet mane aut alternis diebus tepidè haustæ.

Sexangulare. 7. SEDUM foliis subovatis adnato-fessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. *h. m. 222.*

Sedum luteum minimum non acre. *mag. Bot. 236. hort. 182.*

Villosum. 8. SEDUM caule erecto, foliis planiusculis, pedunculisque subpilosis. *Linn. sp. pl. 432.*

Sedum palustre subhirsutum purpureum. *Tour. inst. 263.*

HABITAT à l'Esperou juxta rivulos, observante D. Arnaud.

O X A L I S.

Cal. 5-phyllus. *petala* unguibus connexa. *caps.* 5-gona, angulis dehiscens.

Herba, radicans. *fol.* ternata. *inflor.* axillaris subumbellata.

Corniculata. 1. OXALIS caule ramoso diffuso, pedunculis umbelliferis, *h. m. 222. Le pain à coucou.*

Trifolium acetosum corniculatum. *mag. Bot.* 271.

Oxys lutea. *mag. hort.* 151.

* PHARM. *Oxalis* seu *acetosella* herba. Vis acetosæ hortensis.

A G R O S T E M M A.

Cal. tubulosus coriaceus. *petala* unguiculata: limbo obtuso indiviso. *capsf.* 1-ocularis.

Herba, articulata. *inflor.* terminalis pedunculata solitaria.

1. AGROSTEMMA hirsuta, calycibus corollam superantibus, petalis nudis integris. *h. m.* 222. *Githago.*
Lychnis segetum major. *mag. Bot.* 169. *hort.* 125.
 OBS. Rarissime apud nos occurrit cum floribus calyces æquantibus.

L Y C H N I S.

Cal. oblongus membranaceus. *petala* limbo bifido. *capsf.* 3-ocularis.

Herba, articulata. *inflor.* terminalis dichotoma.

1. LYCHNIS floribus fasciculatis fastigiatis. *h. m.* *Chalcedonica* 223.
Lychnis hirsuta flore coccineo major. *mag. hort.* 125.
 2. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Flos cuculi.* *h. m.* 223.
Caryophyllus pratensis flore laciniato simplici. *mag. Bot.* 53.
Lychnis pratensis flore laciniato simplici. *mag. hort.* 125.

C E R A S T I U M.

Cal. 5-phyllus. *petala* 2-fida. *capsf.* 1-ocularis apice dehiscens.

Herba, articulata. *fol.* opposita sessilis.
in flor. terminalis incerta.

* *Capsulis oblongis.*

- Viscosum.* 1. CERASTIUM erectum, villoso-viscosum. *h. m.* 223.
Alfina hirsuta altera viscosa. *mag. Bot.* 15. *hort.* II.
- Arvense.* 2. CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. *h. m.* 224.
- Semidecandrum.* 3. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. sp. pl.* 438.
Alfina hirsuta. *mag. Bot.* 15.
Myosotis arvensis hirsuta parvo flore. *Tour.* 245.
HABITAT juxta sepes, circa urbem à la Peiffine, Lavanet, & in arvis repens; stamina alterna 5 sterilia.

** *Capsulis subrotundis.*

- Repens.* 4. CERASTIUM foliis lanceolatis, pedunculis ramosis, capsulis subrotundis. *h. m.* 224.
Lychnis incana repens. *mag. hort.* 127.
- Tomentosum.* 5. CERASTIUM foliis oblongis tomentosis, pedunculis ramosis, capsulis globosis. *h. m.* 224.
β. Caryophyllus holosteus tomentosus angustifolius. *mag. Bot.* 54.
- Latifolium.* 6. CERASTIUM foliis ovatis subtomentosis, ramis unifloris, capsulis globosis. *h. m.* 224.

S P E R G U L A.

Cal. 5-phyllus. *petala* integra. *caps.* ovata
1-ocularis 5-valvis.

Herba, articulata. *fol.* sublinearis integerrima.

- Nodosæ.* 1. SPERGULA foliis oppositis subulatis lævibus, caulibus simplicibus. *h. m.* 225.
Alfina spergulæ facie minima seminibus nudis.
Tour. inst. 244.

- β. *Alfne palustris foliis tenuissimis, sive saxifraga palustris alfinefolia. Tour. inst. 244.*
2. SPERGULA foliis oppositis linearibus lævibus, *Saginoïdes,*
pedunculis solitariis longissimis. *h. m. 225.*
3. SPERGULA foliis verticillatis, floribus decandris. *Arvensis.*
Linn. sp. pl. 440.
Alfne spergula major. mag. hort. 10.
HABITAT à l'Esperou in herbidis.

D E C A N D R I A

D E C A G Y N I A.

P H Y T O L A C C A.

Cal. o. petala calyciformia. bacc. supera, 10-locularis, 10-sperma.
Herba. fol. alterna integerrima. inflor. racemosa oppositifolia.

1. PHYTOLACCA floribus decandris. *h. m. 225. Americana.*
Solanis annumerandum solanum racemosum indicum. *mag. hort. 187.*
- * PHARM. *Phytolacca* seu *solani racemosi* folia. Ex-
tus vis anodina, anticarcinomatosa.
- Obs. Passim circa Narbonam sponte crescentem observavit
D. Solier, Medicinæ studiosus.

D O D E C A N D R I A

M O N O G Y N I A.

P O R T U L A C A.

Cal. 2-fidus. caps. 1-locularis circumscissa.
Herba. fol. sessilis alterna succulenta nitens.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus, floribus *Oleracea.*
sessilibus. *h. m. 227. Le pourpier.*

248 PENTAPETALI

Portulaca angustifolia sylvestris. mag. Bot. 212. hort. 163.

β. *Portulaca latifolia sativa. mag. hort. 163. & flore flavo. ibid.*

* PHARM. *Portulacæ sativæ & sylvestris herba, succus, aqua, syrupus. Vis refrigerans, demulcens, antiscorbutica, anthelmintica, ischæma. Aqua ad unc. III, IV.. succus dosi eâdem.. syrupus ad unc. I vel II.*

DODECANDRIA

DIGYNIA.

AGRIMONIA.

Cal. 5-fidus altero obvallatus. sem. 2, in calyce indurato hispido.

Herba. fol. interruptè - pinnata. inflo. racemosa terminalis.

Eupatorium. γ. AGRIMONIA foliis caulinis pinnatis, fructibus hispidis. *h. m. 229. L'aigremoine.*

Eupatorium veterum, seu agrimonia. mag. Bot. 93. hort. 75.

* PHARM. *Agrimoniæ radix, herba, aqua. Vis adstringens, roborans, vulneraria, antihæmorrhagica, antihæmaturica, anticalculosa, in obstipationibus viscerum proficua. Datur pulverata ad drach. I. recens ad usque man. I. pro qualibet liquidi libra.. succus ad unc. III vel IV.*

ICOSANDRIA

MONOGYNIA.

MYRTUS.

Cal. 5-fidus superus. bacc. 3-ocularis 1-sperma.

Frutex. fol. opposita subsecunda punctato-pellucida.

1. MYRTUS floribus solitariis, involucro diphylo. *Communis.*
h. m. 238. Le myrte.

Myrtus communis italica. mag. hort. 140.

β. *Myrtus latifolia romana. mag. hort. 140.*

γ. *Myrtus baccis albis. mag. hort. 140.*

δ. *Myrtus minor vulgaris. mag. hort. 140.*

* PHARM. *Myrti folia, baccæ, syrupus, oleum infusum. Vis corroborans adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhœica. Syrupus baccarum seu myrtillorum ab unc. ss. ad unc. i. folia, bacca, extus & intus usurpantur.*

P U N I C A.

Cal. 5-fidus superus coloratus carnosus. pomum multiloculare polyspermum.

Arbor. ramis oppositis primò foliiferis. fol. sparsa integerrima.

1. PUNICA. *h. m. 238. Le grenadier.*

Granatum,

Malus punica sylvestris. mag. Bot. 173.

β. *Malus punica sativa. mag. hort. 130.*

γ. *Malus punica fructu dulci. mag. hort. 130.*

δ. *Malus fructu vinoso media inter acidam & dulcem. mag. hort. 130.*

* PHARM. *Balaustia, malicorium, granatorum semina, syrupus florum, corticis. Vis adstringens, anthelmintica, antidiarrhoïca, antileucorrhœica, seminum, syrupi, refrigerans, subadstringens. Balaustiorum, & malicorii dosis in substantia ad usque drach. i. in decocto ad unc. ss. seminum succus, syrupus ab unc. i, ad unc. ii.*

Obs. Variat calycibus 6, 7 vel 8-fidis, corollisque 6, 7 vel 8-petalis.

A M Y G D A L U S.

Cal. 5-fidus inferus. drupa nucleo poris pertuso.

Arbor. ramis sparsis primò floriferis. *in-*
flor. gemma 1-flora ad latus gemmæ
foliiferæ.

- Persica.* 1. AMYGDALUS foliorum ferraturis omnibus acutis. *h. m.* 239. *Le pêcher.*
Persica molli carne, viridis & alba. *mag. hort.* 156.
β. Persica succo quasi sanguineo. *mag. hort.* 156.
γ. Persica molli carne fructu ex rubro & viridi variegato. *mag. hort.* 156.
δ. Persica carne durâ, albâ aut rubrâ. *mag. hort.* 156.
* PHARM. *Persica* folia, flores, syrupus, fructus, amygdalæ, oleum expressum. Vis laxans, debstruens, hydragoga, anthelmintica. *Folia* ad man. I. *flores* ad pug. II. III. *syrupus* ad unc. I. *amygdala* & oleum succedanea amygdalarum amararum.

- Communis.* 2. AMYGDALUS foliis petiolatis, ferraturis infimis glandulosis. *h. m.* 239. *L'amandier.*
Amygdalus fativa dulcis putamine duro. *mag. hort.* 13.
β. Amygdalus fativa dulcis putamine molli. *mag. hort.* 13.
γ. Amygdalus amara. *mag. hort.* 13.
* PHARM. *Amygdala dulces*, oleum expressum. Vis nutriens, relaxans, obtundens, antiphlogistica, antifebrilis, anodina, antitussiculosa. *oleum expressum* ab unc. I. ad IV. amygdalæ n°. XII pro emulsione.
* γ. *Amygdala amara* oleum expressum. Vis anodina, diuretica, carminativa, anthelmintica. *Oleum anticopiosicum*, oleo dulcium sub simile.

P R U N U S.

Cal. 5-fidus inferus. *drupa* nucleo integro, futuris prominulis.

Arbor.

Obs. 1 & 2 (*Laurocerasus*. *Tour.*) foliis sempervirentibus perennantibus, racemis axillaribus à cæteris distinguuntur; 3 (*mahaleb*) gemmis primò corymbiferis, dein foliiferis; 4 (*armeniaca* *T.*) gemmis primò floriferis ad latus gemmæ foliiferæ; 5 & 6 (*cerasus* & *prunus*) gemmis 2-floriferis sparsis.

1. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus biglandulosis. *h. m.* 239. *Le laurier cerise.* *Laurocerasus*
Laurocerasus. mag. hort. 113.
2. PRUNUS floribus racemosis, foliis sempervirentibus eglandulosis. *h. m.* 239. *Lusitanica.*
3. PRUNUS floribus corymbosis, foliis ovatis. *h. m.* 239. *Le malagué. Mahaleb.*
Cerasus sylvestris amara. mag. Bot. 58. *hort.* 50.
4. PRUNUS floribus sessilibus, foliis subcordatis. *Armeniaca.*
h. m. 240. *L'abricotier.*
Armeniaca fructu majore. mag. hort. 22.
- β. *Armeniaca fructu minore. mag. hort.* 22.
- γ. *Armeniaca fructu majore, nucleo dulci. mag. hort.* 22.
5. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 240. *Le cerisier. Cerasus.*
Cerasus sativa. mag. Bot. 58. *hort.* 50.
- β. *Cerasus sativa fructu rotundo rubro & acido. mag. hort.* 50.
- γ. *Cerasus flore pleno. mag. hort.* 50.
- δ. *Cerasus fructu aquoso. mag. hort.* 50.
- ε. *Cerasus major ac sylvestris fructu subdulci nigro, colore inficiente. mag. hort.* 50.
- * PHARM. *Cerasorum rubrorum* fructus, gummi. *Vis refrigerans, antifebrilis. Cerasorum nigrorum* fructus, aqua, spiritus. *Vis nervina, antispasmodica, subanodina, antiparalytica. Aqua ad unc.* III. IV.
6. PRUNUS pedunculis simplicibus, foliis lanceolato-ovatis. *h. m.* 240. *Le prunier. Domestica.*
Prunus fructu magno dulci atrocæruleo. mag. hort. 165.
- β. *Prunus fructu rotundo dulci atropurpureo. mag. hort.* 165.

2. Prunus sylvestris major. *mag. hort.* 165.

* PHARM. *Pruni* fructus. Vis laxans, refrigerans, humectans, lubricans, eccoprotica.

Spinosa. 7. PRUNUS foliis lanceolatis. *h. m.* 240. *Le prunellier.*

Prunus sylvestris. *mag. Bot.* 213. *hort.* 165.

* PHARM. Acaciæ nostratis seu acaciæ germanicæ cortex, folia, flores, fructus, syrupus, succus. Vis *fructuum immaturorum & succi inspissati* refrigerans, subadstringens, antihæmorrhagica, antidiarrhoïca. *corticis* adstringens. *fructuum maturorum & florum* laxans. *succi inspissati* dosis ad drach. i.

I C O S A N D R I A

D I G Y N I A.

C R A T Æ G U S.

Cal. superus 5-fidus. *bacc.* 2-sperma infera.

Arbor. inflor. gemmæ floriferæ primordiales corymbosæ interjectis foliolis.

Aria. 1. CRATÆGUS foliis ovatis inæqualiter ferratis subtus tomentosus. *h. m.* 240. *Le drouiller.*

Mespilus alni effigie lanato folio major. *mag. hort.* 135.

Terminalis. 2. CRATÆGUS foliis cordatis septemangulis, lobis infimis divaricatis. *h. m.* 241.

Mespilus apii folio sylvestris non spinosa, sive sorbus terminalis. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

* PHARM. *Sorbi terminalis* fructus, rob. Vis eadem ac sorbi, antidiarrhoïca, antidyssenterica. Dosis unc. ss.

Oxyacantha. 3. CRATÆGUS foliis obtusis bis trifidis ferratis. *h. m.* 241. *L'aubepin.*

Mespilus apii folio sylvestris spinosa, sive oxyacantha. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

* PHARM. *Oxyacantha*, *spina alba acuta* fructus.
Vis subadstringens.

4. CRATÆGUS foliis obtusis bis trifidis subdentatis. *h. m.* 241. *L'azerolier*. *Azarolus*.
Mespilus apii folio laciniato. *mag. Bot.* 176. *hort.* 135.

ICOSANDRIA

TRIGYNIA.

SORBUS.

Cal. superus 5-fidus. *bacc.* infera tri-sperma.

Arbor. fol. impari-pinnata: foliolis basi integerrimis.

1. SORBUS foliis utrinque glabris. *h. m.* 241. *Le Aucuparia*, *forbier sauvage*.

* PHARM. *Sorbi aucuparie* fructus. Vis subsequens.

2. SORBUS foliis subtus tomentosis. *h. m.* 241. *Le Domestica*, *forbier*.

Sorbus fativa. *mag. Bot.* 245. *hort.* 188.

* PHARM. *Sorbi* fructus. Vis adstringens, anti-diarrhoïca, antidyssenterica.

ICOSANDRIA

PENTAGYNIA.

MESPILUS.

Cal. superus 5-fidus. *bacc.* infera 5-sperma.

Arbor. fol. simplex alterna integra. *in-flor.* gemma solitaria 1-flora.

254 PENTAPETALI

- Germanica.* 1. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosis, calycibus acuminatis. *h. m.* 242. *Le nefflier.*
 Mespilus germanica folio laurino non ferrato. *mag. hort.* 135.
 * PHARM. *Mespili vulgaris* baccæ. Vis adstringens.
- Amelanchier.* 2. MESPILUS inermis, foliis ovalibus ferratis, cauliculis hirsutis. *h. m.* 242.
 Alni effigie lanato folio minor. *mag. Bot.* 12.
 Mespilus alni effigie lanato folio minor. *mag. hort.* 135.

PYRUS.

Cal. superus 5-fidus. *pomum* inferum 5-loculare polyspermum.
Arbor. fol. simplex alterna integra. *in-flor.* gemma primò florifera.

- Communis.* 1. PYRUS foliis ferratis, floribus corymbosis, pomis basi productis. *h. m.* 242. *Le poirier.*
 Pyrus sylvestris. *mag. Bot.* 215. *hort.* 167.
 β. Pyrus fativa. *mag. hort.* 167.
- Malus.* 2. PYRUS foliis ferratis, umbellis sessilibus, pomis basi concavis. *h. m.* 243. *Le pommier.*
 Malus renetica. *mag. hort.* 129.
 β. Malus pumila, quæ potiùs frutex quàm arbor. *mag. hort.* 129.
 γ. Malus sapido fructu striis rubris picto appiola. *mag. hort.* 129.
 δ. Malus pyromela. *mag. hort.* 129.
 * PHARM. *Malis* fructus. Vis fructuum recentium, refrigerans, flatulenta. Putridorum ophthalmica.
- Cydonia.* 3. PYRUS foliis integerrimis, floribus solitariis, pomis ovatis. *h. m.* 243. *Le coignassier.*
 Malus cotonea sylvestris. *mag. Bot.* 173.
 Malus cydonia major. *mag. hort.* 129. & minor. *ibid.*
 * PHARM. *Cydonia* fructus, condita, syrupus, semina. Vis refrigerans, corroborans, adstringens,

antidiarrhoïca , antidyſſenteria , antemetica ,
iſchæma. . *feminum* ophtalmica.

ICOSANDRIA

POLYGYNIA.

ROSA.

Cal. urceolatus 5-fidus , carnoſus , collo
coarctatus. *ſem.* plurima hiſpida , inte-
riori calycis latere affixa.

Fruticulus. *fol.* alterna impari-pinnata.
fulc. ſtipulæ geminæ adnatæ.

* *Germinibus ſubglobofis.*

1. ROSA aculeata, foliis odoratis ſubtus rubiginofis. *Eglanteria.*
h. m. 245.

Rosa ſylveſtris foliis odoratis. *mag. Bot.* 223.

Rosa foliis odoratis , ſive eglanteria dicta. *mag.*
hort. 174.

2. ROSA germinibus globofis aculeatis , pedunculis *Villoſa,*
hiſpidis , caule aculeis ſparſis , petiolis aculeatis ,
foliis tomentofis. *h. m.* 245.

Rosa pomo ſpinoſo , folio hiſfuto. *mag. Bot.*
223.

* *Germinibus ovatis.*

3. ROSA inermis , germinibus ovatis , pedunculis *Monspeliaca.*
petiolifque hiſpidis.

Rosa ſpinis carens altera. *Cluſii hiſt.* 115.

Rosa ſine ſpinis flore minore. *Bauh. pin.* 482. *Tour.*
inſt. 638.

Rosa ſine ſpinis colore penè fæcum vini. *Bauh.*
hiſt. 2. 35.

HABITAT à l'Efperou , & derriere le puy de S. Loup.

Folia pinnata foliolis utrinque 4-7 ellipticis ,
duplicatè & acutè ferratis , petiolatis. *Petiolus*

communis valde teres, debilis, pilis rigidis raris scaber. *Pedunculi* uniflori folio duplo breviores, pilis rigidis confertis subcapitatis hispidi. Foliola calycis longissima subulato-linearibus indivisa.

Obs. Differt manifestè à rosa spinis cavente minima alpina *Burjeri*; seu à rosa inermi calycis foliolis indivisis. *Haller. stirp. helvet.* pag. 19. n^o. 422. quæ est (pimpinellifolia) germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis obtusis. *Linn. sist. nat.* 1062. A.

Sempervirens.

4. ROSA germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis. *Linn. sp. pl. & sist. nat.* 1062.

Rosa arvensis candida. *Bauh. pin.* 482.

Rosa sylvestris folio glabro, flore plenè albo. *Bauh. hist.* 2. 44. *mag. Bot.* 225. *Tour.* 638.

HABITAT in sepibus circa *Lacolombiere, le Terrail*, & in saxosis circa *Lavalette*, citra & ultra amnem. *Pedunculi* 2-5-flori subumbellati.

Canina.

5. ROSA germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *h. m.* 246. *Le Kinorodon.*

Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato. *mag. Bot.* 222. *hort.* 172.

* *PHARM. Rosarum rubrarum* flores, aqua, conserva, syrupus. Vis corroborans, adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhœica, ophthalmica. *flores* ad man. i. *conserva* ad drach. i. ii. *syrupus* ab unc. ss. ad unc. i.

* *Rosarum albarum* flores, aqua. Vis analeptica, antileucorrhœica, ophthalmica.

* *Rosarum sylvestrium* flores, succus, syrupus, aqua pallidarum, cynosbati fructus, conserva. *Bedaguar.* Vis florum, succi, syrupi, aquæ, eccoprotica. Cynosbati & bedaguaris, adstringens, antidiarrhoïca, antileucorrhœica. *Succus* ad unc. ii. iii. iv. *syrupus* ad unc. i. ii. cynosbati fructus ad man. i. in ptisana. *conserva* à drach. ii ad unc. ss.

6. ROSA germinibus ovaris, pedunculis caule petiolisque aculeatissimis. *h. m.* 246. *Spinosissima.*
 Rosa spinosissima pumila flore rubro. *mag. Bot.* 223. *mag. hort.* 174.
8. Rosa pumila spinosissima, foliis pimpinellæ glabris, flore albo. *mag. Bot.* 223.
 Rosa campestris spinosissima flore albo odoro. *mag. hort.* 174.

Obs. Rara hodie in locis à Magnolio designatis circa Gramuntium. Sed copiosè oritur in squalidis, & sepibus ad lavam à *la Fosse & Lamousson.* Germinis quandoque sub globosa.

7. ROSA germinibus ovaris pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2^a. 704. *h. m. Gouan.* centifolia. *Gallica.*
 Rosa rubra milesia. *mag. Bot.* 222. *hort.* 173.

R U B U S.

Cal. 5-fidus. *bacc.* composita acinis monospermis coalitis. *fruticulus.* *fol.* digitata: foliolis 3-5.

* *Fruticosi.*

1. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *h. m.* 246. *Le framboisier.* *Ideus;*
 Rubus idæus spinosus. *mag. hort.* 175.
2. Rubus idæus lævis. *mag. hort.* 175.
 * PHARM. *Rubi idæi* radix, folia, summitates, baccæ, syrupus. Vis adstringens, vulneraria, gargarismica, antianginosa; *baccarum*, *syrupi*, ophthalmica, refrigerans, antipolydypica.
2. RUBUS foliis ternatis nudis, caule aculeato tereti. *Cæsius,*
h. m. 246. *Le ronce rampant.*
 Rubus repens fructu cæsius. *mag. Bot.* 222. *hort.* 175.
3. RUBUS foliis quinatis, digitatis, ternatisque, *Fruticosus.*
 caule petiolisque aculeatis. *h. m.* 246.

258 PENTAPETALI

- Rubus vulgaris, seu fructu nigro. *mag. Bot.* 226.
hort. 175.
 β. Rubus vulgaris sine spinis. *mag. hort.* 175.
 γ. Rubus vulgaris flore albo. *mag. hort.* 175.
 * PHARM. *Rubi* radix, folia, summitates, baccæ,
 syrupus. Vis superioris, seu rubi idæi.

* *Herbacei.*

- Saxatilis.* 4. RUBUS foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. *h. m.* 247. suffruticosis.
 Rubus saxatilis alpinus. *mag. Bot. app.* 304. *hort.* 175.

F R A G A R I A.

Cal. 10-fidus: laciniis 5 alternis angustioribus. *receptaculum* seminum ovatum baccatum deciduum.

Herba. fol. digitato-ternata. *fulc.* stipulæ membranaceæ.

- Vesca.* 1. FRAGARIA flagellis reptans. *h. m.* 247. *La fraise.*
 Fragaria vulgaris. *mag. Bot.* 99. *hort.* 80.
 β. Eadem fructu albo. *mag. hort.* 80.
 γ. Eadem fructu parvi pruni magnitudine. *mag. hort.* 80.
 * PHARM. *Fragariæ* radix, folia, fructus, syrupus, aqua. Vis *fructuum* refrigerans, nutriens, antianginosa; *radicis* diuretica, deobstruens, antiauriginosa. *Radix* ad unc. 1.
Sterilis. 2. FRAGARIA caule decumbente repente. *h. m.* 247.
 Fragaria sterilis. *mag. hort.* 80.

P O T E N T I L L A.

Cal. 10-fidus: laciniis 5 alternis angustioribus.

ribus. *sem.* mutica subrotunda, nuda;
receptaculo parvo exsucco affixa.

Herba. fol. composita, *fulcraque* incerta.

OBS. Genus medium inter *rosas*, *rubos*, *fragarias*,
& *agrimoniam*. species enim pinnatæ ut *rosa*, aliæ
ut *rubi*, plures ut *fragaria*, aliæ etiam ut *agrimonia*.
Fulcra quoque in diversis diversa.

* *Pinnatæ.*

1. POTENTILLA foliis pinnatis serratis, caule re- *Anserina.*
pente. *h. m.* 248. *L'argentine.*

Pentaphylloides argenteum alatum, seu potentilla.
mag. hort. 154.

* PHARM. Anserinæ herba, succus, semina. Vis
adstringens, antileucorrhœica, antiherniosa,
ischæma. *Succus* ab unc. iv ad unc. vi.

2. POTENTILLA foliis pinnatis alternis, foliolis *Rupestris.*
quinis ovatis crenatis, caule erecto. *h. m.* 248.

Pentaphylloides erectum. *mag. hort.* 154.

* *Foliis quinatis.*

3. POTENTILLA foliis digitatis, foliolis lanceolatis *Reitz.*
serratis utrinque subpilosis, caule erecto. *h. m.*
248.

Pentaphyllum rectum majus. *mag. hort.* 154.

HABITAT in cacumine montium, *au Capouladou,*
las Cambretas.

4. POTENTILLA foliis quinatis cuneiformibus in- *Argentea.*
cisis subtus tomentosis, caule erecto. *h. m.* 248.

Quinquefolium rectum foliis profundè dissectis
subtus argenteis. *mag. Bot.* 216.

Pentaphyllum erectum foliis profundè dissectis sub-
tus argenteis, flore luteo. *mag. hort.* 154.

5. POTENTILLA foliis septenis, quinatisque cu- *Hirta.*
neiformibus incisis pilosis, caule ascendente.
h. m. 249.

Quinquefolium montanum rectum luteum. *mag.*
Bot. 216. *hirtum.*

Pentaphyllum montanum erectum. *mag. hort.* 154.

Obs. Non solum in locis in horto monspeliensi designatis, sed etiam abundè crescit in luco ultra pagum *Perauls*, ubi *Gentiana pumila*.

Alba. 6. POTENTILLA foliis digitatis apice conniventiferratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *h. m.* 249.

Reptans. 7. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. *h. m.* 249. *La quintesfeuille*.
Quinquefolium majus repens luteum. *mag. Bot.* 215.

Pentaphyllum, sive quinquefolium vulgare repens. *mag. hort.* 155.

* PHARM. *Quinquefolii* radix, herba. Vis vulneraria, adstringens, antidyssenterica. *Radix* ad unc. 1.

Caulescens. 8. POTENTILLA foliis quinatis apice conniventiferratis, caulibus multifloris erectis, receptaculis hirsutis. *Linn. cent.* 2^a. *pag.* 155. *aman. Acad. tom.* 4. *pag.* 316. *sist. nat.* 1064.

β. Quinquefolium album majus alterum. *Bauh. pin.* 325. *prodr.* 139.

γ. Quinquefolium album majus. *Bauh. prodr.* 139. *pin.* 325.

HABITAT à l'*Esperou*. Facies potentillæ albæ, & cum ipsa facilè confunditur.

Verna. 9. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis acutè ferratis retusis, caulinis ternatis, caule declinato. *Linn. sist. nat. sp. pl. edit.* 2^a. 712.

Quinquefolium minus repens luteum. *mag. Bot.* 215.

β. Pentaphyllum minus molli lanugine pubescens. *mag. hort.* 155.

Pentaphyllum minus repens lanuginosum luteum. *Bauh. pin.*

HABITAT ad lævam in pratorum marginibus, à *Selleneuve*, & ultra pontem ad dexteram; nec non in pratulis à l'*Esperou*; secus amnem au *Capouladou*.

G E U M.

Cal. 10-fidus : laciniis 5 alternis angustioribus. *sem.* plura, aristâ villosâ geniculatâ.

Herba. fol. pinnato-lyrata. *fulcr.* stipulæ liberæ.

1. GEUM floribus erectis, fructu globoso, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. *h. m.* 250. *La benoite.* *Urbanum.*

Caryophyllata vulgaris. *mag. Bot.* 52. *hort.* 45.

* PHARM. *Caryophyllata* radix, herba. Vis plantæ recentis sudorifera, epicarpica; anticatarhalis, antivariolosa; *exsiccata* adstringens, antidyenterica, antidiarrhoïca, ischæma. *Radix recens* ad unc. i. *exsiccata* ad drach. i. ii. *folia* ad man. i. *succus* ad unc. iii.

2. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis. *h. m.* 250. *Rivale.*

Caryophyllata aquatica nutante flore. *mag. hort.* 45.

Frequens occurrit à l'Esperou, à la barraque de Michel.

3. GEUM flore erecto solitario, fructu oblongo, aristis plumosis. *h. m.* 250. *Montanum.*

Caryophyllata alpina lutea. *mag. Bot.* 52. *hort.* 45.

Copiosè crescit circa Meurviel.

S P I R Æ A.

Cal. 5-fidus. *capsf.* plures congestæ polyspermæ.

Herba. fol. interruptè pinnata. *in flor.* terminalis cymosâ.

1. SPIRÆA foliolis uniformibus ferratis. *h. m.* 245. *Filipendula.*
La filipendule.

Filipendula vulgaris. *mag. Bot.* 97. *hort.* 78.

β. *Filipendula minor. mag. Bot. 98. hort. 78.*

* PHARM. *Filipendulæ radix*, herba. Vis vulneraria, adstringens, antileucorrhœica, antidyfenterica, antiherniosa. *Radix pulverata* ad drach. i.

Ulmaria. 2. SPIRÆA foliolo impari majore lobato, floribus cymosis. *h. m. 245. La Reine des prés.*

Ulmaria. mag. hort. monf. 206.

* PHARM. *Ulmariæ radix*, herba, aqua, extractum. Vis adstringens, antidyfenterica, antiherniosa, sudorifera. *radix* ad unc. i. *aqua* ab unc. iv ad vi. *extractum* ad drach. i.

P O L Y A N D R I A

M O N O G Y N I A.

C I S T U S.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alternis minoribus. *caps.* 1-5-10-locularis.

Frutex, & *herba. fol. inflor. & fulcr.*
incerta.

* *Exstipulatæ fruticosæ.*

Laurifolia. 1. CISTUS arborescens, foliis ovatis petiolatis trinerviis supra glabris: petiolis basi connatis. *h. m. 254.*

Cistus ledon foliis laurinis. *mag. Bot. 67. hort. 57.*

Ladanifera. 2. CISTUS arborescens, foliis lanceolatis supra lævibus, petiolis basi coalitis vaginantibus. *h. m. 255.*

Cistus ladanifera hispanica incana. mag. Bot. 67. hort. 57.

* PHARM. *Ladani gummi.* Vis intus corroborans, stomachica, paregorica, anticatarrhalis, adstringens, antidyfenterica. Extus resolvens, antiulcerosa. *Datur intus* ad drach. i.

3. CISTUS arborescens, foliis lanceolatis sessilibus utrinque villosis trinerviis, alis nudis. *h. m.* 255. *Monspeliensis*
 Cistus ladanifera Monspeliensium. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.
4. CISTUS arborescens, caule foliisque oblongis tomentosis incanis sessilibus supra aveniis, alis nudis. *h. m.* 255. *Albida.*
 Cistus mas quartus monspeliensis folio oblongo albido. *mag. Bot.* 66. *hort.* 57.
5. CISTUS arborescens, foliis ovatis petiolatis utrinque hirsutis, alis nudis. *h. m.* 255. *Salvifolia.*
 Cistus femina monspeliaca flore albo. *mag. Bot.* 67. *hort.* 57.
6. CISTUS arborescens, foliis lanceolatis repandis hirsutis, alis nudis. *h. m.* 255. *Crispa.*
 Cistus mas supinus undulatis & fimbriatis foliis. *mag. Bot.* 66. *hort.* 57.

* Exstipulatæ suffruticosæ.

7. CISTUS suffruticosus, procumbens exstipulatus, foliis linearibus sparsis, pedunculis unifloris. *h. m.* 255. *Fumana.*
 Cistus humilis, sive chamæcistus ericæ folio luteus humilior. *mag. Bot.* 69. *hort.* 58.
8. CISTUS suffruticosus adscendens exstipulatus, foliis alternis linearibus glabris, pedunculis ramosis. *h. m.* 546. *Lævipes.*
 Cistus humilis, sive chamæcistus ericæ folio luteus erectior. *mag. Bot.* 69. *hort.* 58.
9. CISTUS suffruticosus exstipulatus procumbens, foliis oppositis villosis subtus tomentosis. *h. m.* 256. *Canus.*
 Cistus humilis, sive chamæcistus foliis myrti minoris incanis. *mag. Bot.* 59. *hort.* 58.
10. CISTUS suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis oppositis oblongis utrinque glabris, petiolis ciliatis, petalis emarginatis. *Linn. sist. nat.* 1078. *Oelandicus.*
 Helianthemum serpyllifolio, flore minore aureo odorato. *Tour.*

Helianthemum flore parvo luteo. *Bauh. hist.* 2. 17.

Cistus humilis, sive chamæcistus serpyllifolio nigricante & hirsuto, flore aureo odorato. *mag. Bot.* 68.

HABITAT à Grabels, au mont S. Loup, au Capouladou, à Montferrier. Radix crassa, cauliculi palmares teretes diffusi, rubentes, pubescentes, supernè nudiusculi. Folia infernè pilis rarissimis tecta, ciliata: superiora angustiora. Peduncululi 4-6-flori, flosculis alternis, pedicellatis, subcorymbosis. Calyces minimi pilis albidis confertis hispidi.

*** Exstipulatæ herbaceæ.

Tuberaria. 11. CISTUS exstipulatus perennis, foliis radicalibus ovatis trinerviis tomentosis: caulinis glabris lanceolatis: summis alternis. *h. m.* 256.

Cistus folio plantaginis major. *mag. Bot. app.* 293. *hort.* 57.

Guttatus. 12. CISTUS herbaceus, exstipulatus, foliis oppositis trinerviis, racemis ebracteatis. *h. m.* 256.

Cistus plantaginis folio, minor. *mag. Bot.* 69. *hort.* 57.

**** Stipulatæ herbaceæ.

Ledifolius. 13. CISTUS herbaceus erectus glaber stipulatus, floribus solitariis subsessilibus, folio ternato oppositis. *h. m.* 256.

Cistus annuus foliis ledi. *mag. Bot.* 70. flore luteo. *mag. hort.* 58.

***** Stipulatæ suffruticosæ.

Nummularius. 14. CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis inferioribus orbiculatis, superioribus ovatis. *h. m.* 256

Cistus humilis, vel chamæcistus nummulariæ folio luteus. *mag. Bot.* 294. *hort.* 58.

Serpyllifolius 15. CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis oblongis, calycibus lævibus. *h. m.* 256.

- Cistus humilis, vel chamæcistus repens serpyllifolio luteus. *mag. Bot. app. 293.*
16. CISTUS suffruticosus stipulatus procumbens, foliis ovalibus linearibus oppositis congestis. *h. m. 257.* *Thymifolius.*
- Cistus humilis, sive chamæcistus folio thymi incano. *mag. Bot. 68.*
- Cistus humilis, sive helianthemum folio thymi incano. *mag. hort. 59.*
17. CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis linearibus subtus bifurcatis incanis, calycibus lævibus. *h. m. 257.* *Pilosus.*
- Cistus humilis, sive helianthemum folio samplici, capitulis valde hirsutis. *mag. Bot. 68. hort. 58.*
- β. Cistus humilis, sive helianthemum flore albo, folio angusto hirsuto. *mag. Bot. 68. hort. 58.*
18. CISTUS suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. *h. m. 257.* *Helianthemum.*
- Cistus humilis, sive chamæcistus flore luteo vulgaris. *mag. Bot. 67. hort. 58.*
- * PHARM. *Helianthemi* herba. Vis adstringens, vulneraria, antidiarrhoïca, symphyto analogâ.
19. CISTUS suffruticosus stipulatus, foliis ovatis, calycibus hispidis. *h. m. 257.* *Hirtus.*
- Cistus humilis foliis minoribus & incanis. *mag. Bot. 68. hort. 58.*

T I L I A.

Cal. 5-partitus deciduus. *bacc.* ficca globosa, 2-ocularis, 5-ocularis, 5-valvis, basi dehiscens.

Arbor. gemmæ primò foliiferæ. *fulcr.* stipula lanceolata membranacea è cujus medio pedunculus racemiferus.

1. TILIA floribus nectario destitutis. *h. m. 254.* *Le Europeæ. tilleul.*
- Tilia vulgaris platyphyllos. *mag. Bot. 254.*

Tilia fœmina folio majore. *mag. hort.* 196.

β. *Tilia* fœmina folio minore. *mag. hort.* 196.

* PHARM. *Tilia* flores, aqua, conserva. Vis anodina, cephalica, antiepileptica, antivertiginosa, antihysterica, extus antitenesmodæa. *Flores* ad pug. i, infusi in aquæ bullientis cyathis duobus.. *aqua* ab unc. iv ad unc. vi.. *conserva* ab unc. ff. ad unc. i.

POLYANDRIA

DIGYNIA.

PÆONIA.

Cal. 5-phyllus. *styli* o. *caps.* polyspermæ.
fem. colorata.

Herba. *rad.* tuberosa fasciculata. *fol.* 2-ternata : foliolis obliquè lobatis.

Officinalis. 1. PÆONIA. *h. m.* 258. *La pivoine.*

Pæonia communis vel fœmina. *mag. Bot.* 197.

Pæonia folio nigricante splendido quæ mas. *mag. hort.* 151.

β. *Pæonia* flore rubro pleno majore. *mag. hort.* 152.

γ. *Pæonia* flore rubro aut albo pleno minore. *mag. hort.* 152.

* PHARM. *Pæonia maris* radix, flores, syrupus, conserva, aqua. Vis subastringens, anodyna, emmenagoga, antispasmodica †, antiepileptica †, antihysterica †, antiparalytica †. *Radix sicca* in substantia à drach. i. ad drach. ii; recens ad usque unc. i, in jusculo aut ptisana. *conserva* ab unc. ff. ad unc. i.. *aqua* ab unc. iv. ad unc. vi.. *syrupus* ab unc. ff. ad unc. ii.

* *Pæonia fœminæ* radix, flores, conserva, syrupus, aqua. Vis pæoniæ maris, sed debilior.

HABITAT in sylvulis circa montem, au Puy de St. Loup, au Capouladou.

P O L Y A N D R I A

P E N T A G Y N I A .

A Q U I L E G I A .

Cal. o. nectaria 5 infernè cornuta, inter petala. *capsf.* 5 distinctæ.

Herba. fol. ternata, 2-ternata. *in flor.* subcorymbosa.

1. AQUILEGIA nectariis incurvis. *h. m.* 260. *Vulgaris.*
L'ancolie.

Aquilegia sylvestris. mag. Bot. 25.

Aquilegia flore simplici. mag. hort. 21.

- β. *Aquilegia hortensis multiplex, flore albo; carneo; rubente; mixto. mag. hort.* 21.

* PHARM. *Aquilegia radix*, herba, flores, semina. Vis aperiens, emmenagoga, diuretica, sudorifica, antiscorbutica, antiauriginosa, antidystocica, cautè usurpanda. *Radix pulverata* ad drach. i.. *semina* in substantia ad drach. i.. in infuso ad drach. ii.

2. AQUILEGIA caule subnudo subunifloro, foliis ternatis, foliolis subtrilobis petiolatis. *Viscosa.*

Aquilegia viscosa. mag. Bot. 24. *hort.* 21.

Aquilegia hirsuta flore viscoso. Tour. inst. 428.

HABITAT circa *Meyrueis*, & *au Vigan*. Altitudo sesquipalmaris. Folia radicalia ternata: foliolis petiolatis, ad basim usque 3-partitis, laciniis trilobis. Folia caulina (rardò duo) ternata, foliolis lanceolatis integerrimis: intermedio majore longiùs petiolato. Variat quandoque medicaulis & uniflora.. tota planta pilis glutinosis vestita.

N I G E L L A.

Cal. 0. *nectaria*, 5, trifida intra corollam. *caps.* 5, connexæ.

Herba. fol. pinnato-multifida : foliolis sublinearibus.

Damascena. 1. NIGELLA foliolis involucre folioso cinctis. *b. m.* 260. *La nielle.*

Nigella arvensis cornuta. mag. Bot. 187. *hort.* 143.

* PHARM. *Nigella sylvestris* semina, oleum. Vis aperiens, emmenagoga, diuretica, apophlegmatizans, expectorans, anticatarrhalis, anticoryzalis. *Semina* torrefacta & probe exsiccata, ad drach. 1.

Arvensis. 2. NIGELLA pistillis quinis, petalis integris turbinatis. *b. m.* 260.

Nigella arvensis cornuta. Baub. pin. 145.

P O L Y A N D R I A

P O L Y G Y N I A.

R A N U N C U L U S.

Cal. 3-seu 5-phyllus. *petala* intra ungues ; poro mellifero nudo, in aliis *marginè cylindræo* cincto, in pluribus *squamulâ* clauso.

Herba. fol. incerta. *inflor.* pedunculis solitariis sparsis.

* *Foliis simplicibus.*

Flammula. 1. RANUNCULUS foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *b. m.* 264.

Ranunculus longifolius palustris minor. mag. Bot. 218. *hort.* 169.

- β. Ranunculus palustris folio serrato. *Tour. inst.* 292.
 2. RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *Lingua.*
h. m. 265.
 Ranunculus longifolius palustris major. *mag. hort.*
 169.
 3. RANUNCULUS foliis ovatis acuminatis amplexicaulibus, caule subunifloro, radiæ fasciculatâ. *Amplexicaulis.*
h. m. 265.
 Ranunculus montanus folio plantaginis. *mag. Bot.*
app. 304.
 β. Ranunculus montanus gramineo folio. *mag. Bot.*
 218. *hort.* 169.
 4. RANUNCULUS foliis cordatis angulatis petiolatis, calycibus 3-phyllis. *h. m.* 265. *Ficaria.*
 Chelidonia rotundifolia major. *mag. Bot.* 62.
 Ranunculus latifolius. *mag. hort.* 169.
 β. Chelidonia rotundifolia minor. *mag. Bot.* 62.
 Ranunculus rotundifolius minor. *mag. hort.* 169.
 * PHARM. *Chelidonii minoris* radix, herba. Vis cosmetica, antihæmorrhoidalis.

** *Foliis dissectis & divisis.*

5. RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis incisis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *h. m.* 265. *Auricomus.*
 HABITAT à l'Esperou. Folia caulina digitato-tripartita, rarius quinquepartita. Lacinia angustissima.
 6. RANUNCULUS foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. *h. m.* 265. *Sceleratus.*
 Ranunculus palustris apii folio lævis. *mag. Bot.*
 217. *hort.* 168.
 β. Ranunculus rectus foliis pallidioribus. *mag. Bot.*
 217. *hort.* 168.
 7. RANUNCULUS foliis ternatis integerrimis lanceolatis. *h. m.* 265. *Illyricus.*
 Ranunculus lanuginosus angustifolius, grumosa radice, major. *mag. Bot.* 218. *hort.* 170.
 8. RANUNCULUS foliis omnibus quinatis, foliis lanceolatis inciso-serratis. *Linn. sp. pl.* 551. *Aconitifolius.*

Ranunculus alpinus flore albo. *Bauh. hist. 3. app. 859.*

Ranunculus montanus aconiti folio albus, flore majore. *Bauh. pin. 182. Tour. 290.*

β. Ranunculus alpinus simplici flore. *Bauh. hist. 3. app. 859.*

Ranunculus montanus aconiti folio albus, flore minore. *Bauh. pin. 182. Tour. 290.*

γ. Ranunculus albus flore denso. *Bauh. hist. 3. app. 869.*

Ranunculus montanus folio aconiti, flore albo multiplici. *Bauh. pin. 182. Tour. 290.*

HABITAT à l'Esperou. Hanc debemus pulchram speciem DD. *Arnaud & Clapiers*, studiosis Medicinæ, indefessis Botanicis.

Nonspeliacus 9. RANUNCULUS foliis tripartitis crenatis, caule simplici villosulo subnudo unifloro. *h. m. 266.*

Ranunculus saxatilis magno flore. *mag. Bot. 217.*

Parviflorus. 10. RANUNCULUS foliis radicalibus & caulinis inferioribus trilobis crenatis, summis trifidis dentatis, caule bifloro erecto.

Ranunculus arvensis parvus folio trifido. *Bauh. pin. 179. mag. Bot. 217. Tour. 289.*

Ranunculus saxatilis minimus hirsutus. *Bauh. prodr. 96.*

Ranunculus minimus apulus. *Column. eph. 314. icon. 316. optima.*

HABITAT à Gramont & in luco ultra *Perauls*. Radix fibrosa tenuissima. Caulis 3-4-uncialis debilis hirsutus rectus. Folia omnia vix digiti indicis unguem lata; inferiora petiolo unciali tenuissimo instructa; caulina summa profundius tripartita, magisque dentata. Flores duo terminales parvi, quorum alter ex axilla folii caulini summi, & petiolo breviori adnectitur, alter terminalis & longius pedunculatus. Calyces villosi petalis duplo minores.

Variat caule unifloro unifloro, foliisque radicalibus subcordatis duplicato crenatis, nec lobatis, & folio caulino lanceolato lineari integerrimo.

Bulbosus. 11. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis. *h. m. 266.*

Ranunculus bulbosus. *mag. Bot.* 216.

Ranunculus pratensis radice verticilli modo rotundâ. *mag. hort.* 167.

β. Ranunculus bulbosus flore pleno. *mag. hort.* 168.

12. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis sulcatis, stolonibus repentibus, foliis compositis. *h. m.* 266.

Repens.

Ranunculus pratensis repens hirsutus. *mag. Bot.* 216. *hort.*

β. Ranunculus pratensis repens hirsutus, maculatus & non maculatus. *mag. hort.* 168.

γ. Ranunculus saxatilis foliis subrotundis. *mag. Bot.* 217. *Bauh. prodr.* 96.

13. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus. *h. m.* 266.

Acris.

Ranunculus pratensis erectus acris. *mag. Bot.* 216. *hort.* 167. & maculatus. *Tour.* 289.

14. RANUNCULUS foliis tripartitis acutè sinuatis tomentosis. *h. m.* 266.

Lanuginosus.

Ranunculus magnus valde hirsutus. *mag. Bot.* 216. *hort.* 168.

β. Ranunculus villosissimus monspeliacus. *Bauh. prod.* 96. *mag. Bot.* 169.

15. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis. *h. m.* 266.

Chærophyllus.

Ranunculus chærophyllus asphodeli radice. *mag. Bot.* 218. *hort.* 170.

OBS. Variat folio uno radicali lanceolato integerrimo, aut subcordato; caule nudo, aut unifolio, folio lineari.

16. RANUNCULUS feminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. *h. m.* 267.

Arvensis.

Ranunculus arvensis echinatus. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

17. RANUNCULUS feminibus aculeatis, foliis simplicibus palmatis incis. *h. m.* 267.

Muricatus.

Ranunculus palustris echinatus. *mag. Bot.* 217. *hort.* 168.

18. RANUNCULUS foliis filiformi ramosis, calycibus appendiculatis. *h. m.* 267.

Falcatus.

272 P E N T A P E T A L I

Ranunculus coronopifolius capite alopecuri, ceratophyllos feminibus falcatis in spicam adactis. *mag. Bot. 218. hort. 178.*

Aquatilis. 19. RANUNCULUS foliis submersis capillaceis, emerfis peltatis. *b. m. 267.*

Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo. *mag. Bot. 219. hort. 178.*

β. Millefolium aquaticum foliis abrotani, ranunculi flore & capitulo. *mag. Bot. 177.*

Ranunculus aquaticus albus fluitans peucedani foliis. *mag. hort. 178.*

γ. Millefolium maratiphylon fluitans ranunculo, five polyanthemo aquatili albo affine. *mag. Bot. 178.*

Ranunculus aquaticus omnino tenuifolius. *mag. hort. 169.*

H E L L E B O R U S.

Cal. o. cor. persistens. nectaria tubulata inter petala. caps. polyspermæ erectiusculæ.

Herba. fol. pedata petiolata.

Viridis. 1. HELLEBORUS caule folioso multifloro. *b. m. 547. L'hellébore verd.*

Helleborus niger hortensis flore viridi. *mag. hort. 96.*

HABITAT à l'Esperou. Folia alia pedata, alia digitata.

Fatidus. 2. HELLEBORUS caule folioso multifloro, foliis pedatis. *b. m. 547. L'hellébore puant.*

Helleborus niger fatidus. *mag. Bot. 126. hort. 96.*

C A L T H A.

Cal. o. nectaria. o. caps. polyspermæ.

Herba. fol. radicalis petiolata, caulina amplexicaulis.

Populago. 1. CALTHA. *b. m. 547. Le souci d'eau.*

Caltha palustris flore simplici. *mag. hort. 38.*

MONADELPHIA

MONADELPHIA

P E N T A N D R I A.

G E R A N I U M.

Cal. styl. caps. caul. fulc. Vide infra Monadelph. decandriam.

1. GERANIUM pedunculis axillaribus multifloris, foliis oppositis pinnatis incisus obtusis, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. *h. m.* 341. *Cicutarium,*
 Geranium cicutæ folio minus & supinum. *mag. Bot.* 109. *hort.* 85.
2. Geranium cicutæ folio inodorum album. *Tour.* 269. *mag. hort.* 85.
3. Geranium petræum cicutæ folio, radice crassâ, fetidum. *mag. Bot.* 109. *icon.* 108. *hort.* 86.....
 folia sæpius duplicato & interruptè pinnata.
2. GERANIUM pedunculis axillaribus multifloris, foliis cordatis oppositis sublobatis, calycibus pentaphyllis. *h. m.* 341. *Malacoïdes,*
 Geranium folio althææ. *mag. Bot.* 108. *hort.* 85.
3. GERANIUM pedunculis axillaribus multifloris, foliis oppositis pinnatis acutis sinuatis, calycibus pentaphyllis. *h. m.* 341. *Le bec de grue.* *Cruinum.*
 Geranium maximum acu longissimâ. *mag. Bot.* 108.
 Geranium latifolium acu longissimâ. *mag. hort.* 85.
- β. Geranium maximum angustifolium acu longissimâ. *mag. hort.* 85.

MONADELPHIA

D E C A N D R I A.

G E R A N I U M.

Cal. 5-phyllus. *styl.* 1. *styg.* 5. *caps.* 5-cocca rostrata contorta.

Herba. fol. incerta. *fulc.* stipulæ solutæ oppositæ. bractæ involucriformes.

274 P E N T A P E T A L I

- Nodosum.* 4. GERANIUM pedunculis axillaribus bifloris, foliis oppositis, caulinis trilobis integris ferratis, summis subsessilibus. *h. m.* 342.
Geranium nodosum. *mag. hort.* 86.
- Pratense.* 5. GERANIUM pedunculis axillaribus bifloris, foliis oppositis peltatis multipartitis rugosis laciniatis acutis, petalis integris. *h. m.* 342.
Geranium batrachioïdes, gratia Dei Germanorum. *mag. hort.* 87.
- Robertianum.* 6. GERANIUM pedunculis axillaribus bifloris, foliis oppositis, calycibus pilosis decem-angulatis. *h. m.* 342. *L'herbe à robert.*
Geranium robertianum murale. *mag. Bot.* 108.
Geranium robertianum murale caulibus rubentibus. *mag. hort.* 87.
β. Geranium robertianum murale, caulibus viridibus. *mag. hort.* 87.
